





SORTES SANGALLENSES

EDIDIT


HERMANNVS WINNEFELD

ADIECTA SVNT ALEARVM ORACVLA EX CODICE
MONACENSI PRIMVM EDITA

BONNAE

APVD MAX. COHEN ET FILIVM (FR. COHEN)

MDCCCLXXXVII


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE



SORTES SANGALLENSES

EDIDIT

HERMANNVS WINNEFELD

ADIECTA SVNT ALEARVM ORACVLA EX CODICE
MONACENSI PRIMVM EDITA

BONNAE

APVD MAX. COHEN ET FILIVM (FR. COHEN)

MDCCCLXXXVII

FRANCISCO BVECHELER
RENARDO KEKVLÉ
HERMANNO VSENER

Buechelerus in indice schol. Bonn. aest. 1877 p. 13 ss. primus hominum eruditorum studiis specimina subiecit collectionis alicuius sortium uel oraculorum, quae latebat in eodem illo codice Sangallensi, ex quo Niebuhrius egregia diligentia Merobaudis fragmenta protraxerat paginas illas impletas 'nugis de diuinatione ex somniis' uix dignas ratus, quas in praefatione commemoraret. Sed pauca tantum ex his responsis sibi enotauerat Buechelerus, cum aduersa ualetudine uix inceptum legendi laborem imperfectum relinquere coactus est. quem ut ad finem perducerem Buecheleri hortatu aestate anni 1885 per hebdomades nonnullas in urbe S. Galli moratus sum in opere haud ita facili mirum quantum adiutus egregia Idtensohnii bibliothecarii liberalitate. quae extricare potui ex schedis deleticiis his paginis proponam.

Codex est Sangallensis n. 908 rescriptus in 4⁰, de quo sufficiat lectorem ad accuratam Schereri descriptionem (Verzeichnis d. Handschriften d. Stifts-Bibliothek S. Gallen 1875) relegasse. sortes, de quibus agitur, continentur XVIII foliis, id est paginis 187—218, 275. 276. 293. 294; deluit eas librarius quidam saeculi octaui, qui codicem talem qualis nunc est ex nouem antiquis libris paucisque foliis antea nondum usurpatis consarcinauit et excerptis ex libris Isidori Augustini aliorum uariisque impleuit uocabulariis. iis foliis, quae ex sortium codice suum in usum conuerterat, omnibus uocabularia inscripsit duabus columnis composita ita, ut et ex utraque parte uocabularii et inter medias columnas prior scriptura posteriore non tegeretur.

Cum antiquus codex, quo sortes continebantur, longiore fuisset forma quam huic librario conueniebat, inferiorem marginem penitus resecuit, ut non raro etiam pars aliqua infimi uersus

periret[1]; ita factum est ut, cum supra recentiorem scripturam nusquam fere priorum litterarum uestigia exstent, spatium quod infra eam uacuum reliquit librarius, tres fere uersus antiquae scripturae nullis litteris occultos exhibeat. sed et longe latiorem priscum fuisse codicem imprimis demonstrant folia inter se cohaerentia, quae continent paginas 275. 276 et 293. 294; nam cum cetera foliorum paria diligenter eodem loco complicarentur, quo antiquitus complicata fuerant, haec ita complicata sunt, ut iidem prioris scripturae uersus in duas paginas codicis qualis nunc est diuiderentur, unde apparet exteriorem prisci codicis marginem multo maiorem fuisse quam rescripti. felici tamen casu factum est ut, cum tam crudeliter saeuiret librarii cultellus, nihil fere pristinae scripturae eo deleretur praeter paruam partem earum sortium quae continebantur paginis 293. 294.

Multo grauiora damna sortes perpessae sunt spongia librarii, quae non solum haud raro atramentum funditus sustulit, ut litterae nisi diuersa membranae superficie cognosci non possint, sed etiam in nonnullis paginis adeo omnes membranae fibras eruit, ut uillosam potius pellem quam membranam scribendo aptam conspicere tibi uidearis et aut nullam omnino possis cognoscere litteram (p. 293) aut paucas tantum easque quam maxime dubitationi subiectas, cum praesertim in tam rudi materia etiam posterior scriptura misere diffluxerit (p. 276. 188. 189. 193. 198. 202. 205. 207. 218).

Ubi uero nihil eius modi accidit, in singulis paginis apparent atramento iam flauo facto scripti XXIV uersus continentes litteras XXV ad XXXVIII — plerique inter XXVII et XXXII — unciales quas uocant, ualde similes iis quibus Merobaudis carmina exarata sunt (Zangemeister-Wattenbach exx. codd. latt. t. 51) sed paullo maiores et quas aliquanto illis recentiores putes[2]. compendia pauca adhibita sunt eaque praeter notas uerborum dei et domini, quae uno excepto loco 213, 2, ubi non de deo sed de homine domino agitur, semper adbreuiata sunt, omnia

---


[1] Solum paginarum 275. 276. 293. 294 superior margo sublatus est, inferior seruatus.

[2] Quod Buechelerus rubrica distincta quaedam esse dicit, memoria fefellit uirum clarissimum: in uocabulario suprascripto initia uersuum minio picta sunt, in priore scriptura nihil adhibitum conspicitur praeter atramentum.

fere in fine uersus inueniuntur, ubi ultima littera *n* aut *m* omittitur linea transuersa supra antecedentem uocalem ducta; semel eodem loco legitur *inventorib'* (p. 275, 9); in medio uersu semel exstat *quā* (202, 2) et in fine uersus 206, 5 *cōsulis*[1]. uerba inter se distincta non sunt.

Neque tamen uno tenore peragitur scriptura, sed singulis uersibus uacuis relictis diuiditur in capita uigenorum fere uersuum, quae duodenas continent sententias singulos partim, partim complures uersus explentes, ita tamen ut una quaeque sententia a nouo incipiat uersu sententiarumque initiis deinceps praefixi sint numeri I—XII. hae dodecades num et ipsae numeris fuerint signatae, adfirmare nequeo, quamuis uerisimilis res uideatur; uestigia deprehendere non potui; fortasse hi numeri in spatiis illis uacuis minio scripti erant, quod abluenti minus resisteret quam atramentum.

Priora XVI ex XVIII foliis sortes continentibus duos efficiunt quaterniones codicis qualis nunc est, hunc in modum:



ex quibus quae adnexa sunt alteri ternioni folia paginas 203. 204 et 217. 218 continentia inter se non cohaerent. accedunt duo folia, pagg. 275. 276 et 293. 294, quae inter se cohaerentia circumplicata sunt quaternioni, qui amplectitur paginas 277—292.

Maximam partem hunc foliorum codicis rescripti ordinem plane diuersum esse ab ordine pristini libri primo obtutu intellegitur; feliciter tamen accidit, ut uno certe loco genuinus ordo seruaretur; bene enim inter se excipiunt folia inde a pagina 207 usque ad 214, cui seriei quattuor foliorum minores duae binorum foliorum addi possunt, dum modo ex hodierno contextu

[1] Inter compendia scripturae uix potest numerari *ę* pro *ae*: 11, 5. 26, 1. 29, 6. 6. 30, 10. 11. 32, 11. 38, 4. 5. 48, 1.

soluta folia aliter complicentur: pagg. 197. 198 — 191. 192 et pagg. 215. 216 — 205. 206[1]. trium igitur libellorum hodieque exstant partes mediae; cum tamen quae his apte adnectantur folia inueniri non possint, nihil amplius euincitur quam deesse folia haud pauca.

Nihilo minus hae series summi momenti sunt ad restituendum totum librum. nam si quis accuratius eas et maximam potissimum illam quattuor foliorum, qua continentur nouem fere dodecades, examinauerit, facile legem inueniet, secundum quam singula responsa per dodecades distributa sunt: post terna dena responsa redeunt responsa, quae ad eandem rem pertinent. ne tamen quasi in circulum res reuoluatur, ubi post duodecim responsa eandem quaestionem spectantia iterum ad numerum I series redit, noua incipit quae aliam rem quaerentibus satisfaciat. duo sufficiat proposuisse exempla: p. 207, 15 *I non tibi* ⌊*expedit habere*⌉ *consortium.* 208, 11 *II expedit tibi, ut habeas consortium.* 209, 8 *III habeto consortium et multum lucraris.* 210, 10 *IIII habeto consortium et multum lucraris.* 211, 7 *V non tibi expedit habere consortium, quia finget tibi et de fraude cogitat.* 212, 9 *VI expedit tibi, ut consortium habeas, ubi fides est et multum lucraris.* 213, 11 *VII tolle te inde et noli habere consortium, quia inpostor est.* 214, 7 *VIII habeto consortium; expedit enim tibi et multum lucrabis.* amplius haec series produci nequit, quia quae sequebantur dodecades desunt; eligenda igitur est altera, cuius initium quidem deest, sed finis seruatur uelut: 208, 4: *VIIII hunc annum fructi miserrimi sunt*; *caue ne inopiam patiaris.* 209, 1: *X hoc anno fructus bonus tibi significatur.* 210, 1: *XI hunc annum fructi rari nascuntur et tempus laboriosum significat.* 210, 23: *XII hunc annum boni fructi sunt.* 211, 22: *I circumuenit te, ut te expoliet; nam non te adfiliat*; *uade tibi fatue.* 213, 1: *II si obsequens illi·fueris*, *adfiliab*⌊*it*⌉ *te et eris*

[1] p. 198, 22: *XII aedilis modo non procedis.* p. 191, 1: *I modo fugire uult sed in itinere capietur.* — p. 216, 23 *VII uinces quidem litem, quam habes*, p. 205, 1 *sed sumptibus fatigaris. VIII uinces aduersarium paulo tardius.* — ne quis coniungat

197	215	205	191
198	216	206	192

quod item per numeros fieri potest, impedit obseruatio, de qua statim agetur.

dominus. 213, 23: *III toto animo te adfiliauit.* 214, 22: *IIII fingit in promittendo; nam non te adfiliabit.*

Haec lex per omnes fere libri reliquias obseruata est; paucis locis librarii culpa paullulum turbatus est ordo, uelut in hoc ipso, quod ultimum proposui, exemplo in dodecade prima quod respondeat huic seriei, non VIII ut oportet, sed VII loco positum est (207, 3: *VII hunc annum* ⌊*multum gaudebi*⌉*s*; *habebis enim* ⌊*fructus bonos*⌉). ubi tamen, cum quod praecedit responsum VI aperte pertineat ad seriem 2, 7. 3, 8 etc., dubitari nequit, quin librarius neglegenter festinans genuinum responsum VII omiserit, quod fortasse quasi XII addidit[1]. uno tantum loco p. 199. 200 dodecadum sedes commutatae sunt, ut ea quae praecedit eadem responsa et uno maiores numeros contineat quam quae sequitur; sed hoc quoque librario tribuendum esse infra apparebit, ubi quo loco toti operi illae paginae sint inserendae, exponetur.

In aperto est quantum hac obseruatione lucremur ad restituendam uniuersam oraculorum collectionem; ubicunque enim in foliis diuersis eiusdem generis responsa eodem ordine se excipientia inueniuntur, iam facillime ex seruatis responsorum numeris, quot interciderint dodecades, concludi potest.

Proficiscamur ab eadem illa foliorum serie, ex qua supra eligebantur exempla. ultima cuius initium iis continetur dodecas 10 (p. 214, 16 ss.) incipit a responso (I), quo agitur de condemnatione eius, qui oraculum adit; sequitur responsum (II), quo appellare iubetur. ad easdem quaestiones pertinent (p. 193) dodecadis 11 responsa XI et XII, et ita quidem ut 11, 12 plane idem sit ac 10, 2; cum igitur respondeant inter se dicta, quibus praepositi sunt numeri I et XI, II et XII, intellegitur inter dodecades 10 et 11 intercidisse nouem dodecades, siue cum dodecadis decimae tertia tantum pars, undecimae ultima octo responsa seruata sint, inter paginas 214 et 193 periisse decem dodecades.

---

[1] Eum solum responsa VII et VIII inter se commutavisse propterea uix putem, quia *obtinebis* ū. 10 ad eandem seriem pertinere uidetur ac 2, 12; illud *obtinebis* autem responso X dodecadis primae tribuendum est (uide adnotationem ad hunc locum), ita ut hic quoque eadem sit perturbatio quae supra.

Iam folium 193. 194 cohaeret cum folio 195. 196. si igitur, ut quantum inter paginas 194 et 195 desit cognoscamus, componuntur quae ultima est in p. 194 dodecas 13 cum prima paginae 195 (14), apparet inter dodecades 13 et 14 quattuor desiderari dodecades, intercidisse igitur, cum dodecadis 14 posterior tantum pars pagina 195 contineatur, quattuor dodecades et dimidiam.

Itaque restituitur haec series: p. 207 ad 214 + $\frac{2}{3}$ + 9 + $\frac{1}{3}$ dodecades + p. 193. 194 + 4 + $\frac{1}{2}$ dodecades + p. 195. 196, uel cum uno folio duae fere et dimidia contineantur dodecades: p. 207—214 + 4 folia + p. 193. 194 + 2 folia + p. 195. 196. folia illa duo quae inter p. 194 et 195 erant, inter se cohaesisse necesse est et media fuisse libelli, item folia 209. 210 et 211. 212 sunt media; exstabant igitur olim a medio libello ad medium octo folia, i. e. pristinus liber compositus fuit quaternionibus. desunt uero hodie quaternionis primi folia duo prima, duo extrema, quaternionis alterius folia duo prima, duo extrema, duo media. nam nulla alia fragmenta his quaternionibus attribuenda esse inde concluditur, quod cum nulla cum seruatis eorum reliquiis ex responsorum consensu coniungi possint, omnia duodecim dodecadibus aut pluribus a p. 207 et 196 distare necesse fuit, duodecim autem dodecades duobus foliis contineri non potuerunt.

Supra dictum est (p. 4) sequi inter se paginas 197. 198. 191. 192; quae cum cohaereant, efficitur media olim ea fuisse folia libelli. dodecadem 35 (p. 192) post duarum dodecadum lacunam excipit dodecas 36 (p. 189), intercidere inter p. 192 et 189 paullo plus duae et dimidia dodecades uel unum folium.

Cohaeret uero cum folio 189. 190 folium 199. 200, in quo peruersus est ordo dodecadum. suspicari aliquis possit non plenum fuisse quaternionem, ad quem pertinuerint fol. 197. 198, 191. 192, et fol. 189. 190, 199. 200 alii attribuenda esse libello, ut sequatur post aliquod spatium fol. 199. 200 et in hac posteriore collectionis parte descendat sicut in anteriore ascendat responsorum compages. sed mirum sane esset in tanto fragmentorum numero nullum aliud huius ordinis inueniri uestigium; deinde in ipsis paginis 199. 200 sunt quae contra faciant. nam traduntur, respondentia inter se 199, 1 *amicus tuus nihil consequeris ab* ⌊*illo*⌉, quae est pars posterior dicti, cui VIIII numerus prae-

positus fuit, 200, 2 *XI licet multos amicos habes et ab eis tibi promittitur, sed ab amico nihil consequeris*; *nemo tibi prode est.* 200, 22 *X non est tibi utilis amicus nec aliquid inde consequeris*; *sine causa erubescis.* in his numeri neque ascendunt neque descendunt sed aperte turbati sunt; quoniam igitur transpositione opus est, nemo dubitabit ita transponere, ut haec folia cum ceterorum lege congruant, id quod fit si dodecas 28, quae incipit p. 200, 7, ante dodecadem 29, quae incipit p. 199, 5, transfertur; tum recte alternantur 27 VIIII. 28 X. 29 XI.

Quae mutatio aliunde egregie firmatur. demonstratum est deesse inter p. 192 et 189 unum folium; necesse est, si uni libello attribuimus omnia de quibus agitur folia, inter paginas 200 et 197 item unum deesse folium, quod olim cohaeserit cum altero illo. iam si unum folium uel duae dodecades (quod plus quam duae dodecades eo folio continebatur, ad dodecadem 30 supplendam necessarium est) subtrahuntur a dodecade 30 (p. 197), plane ii numeri eueniunt, qui sunt in dodecade 29, ut inde appareat hanc ultimam fuisse ante lacunam eique praeponendam esse dodecadem 28, qua mutatione facta, ut supra expositum est, bene procedunt numeri.

Quaternionem uero fuisse hunc quoque libellum intellegetur, si is qui sequebatur et is qui antecedebat restituti erunt. ab ultima cuius initium seruatum est pagina 190, dodecade 39 distat quattuor dodecadum spatio dodecas 40 p. 201 (39, I — 40, VI; 39, II — 40, VII; 39, III — 40, VIII); cum folio 201. 202 cohaeret 187. 188; inter haec lacuna est nouem dodecadum uel quattuor foliorum; sequitur 201. 202 tertium esse folium ante medium libellum. si igitur duorum foliorum, quae continebant quattuor illas dodecades et ea responsa, quae hodie desiderantur in fine dodecadis 39 initio dodecadis 40, alterum antecedenti alterum sequenti tribuitur libello, uterque est quaternio.

Similiter a dodecade 27 (p. 199) quattuor dodecadum spatio separata est dodecas 26 (p. 294), duo igitur folia desunt, quorum posterius si sequenti libello ad complendum quaternionem adscribitur, prius ei de quo nunc agitur libello, hic quoque quaternio est. cohaeret enim cum folio 293. 294 folium 275. 276, a quo trium dodecadum uel unius folii spatio seiunctum est fol. 215. 216, quod cum folio 205. 206 in medio positum fuit libello (uide p. 4). si igitur ante p. 275 unum suppletur folium

conexum cum priore illorum, quae post p. 294 desiderabantur, alterum deinde folium inseritur inter p. 206 et 293, quod respondeat illi, quod inter p. 276 et 215 addendum fuit, iam nouus restitutus est quaternio[1].

Iam uero si uiginti quattuor folia inter se excipiunt, quae apte diuidi possunt in tres quaterniones, nemo homo sanus ita diuidere praeferet, ut diuersi ambitus libelli euadant, cum praesertim aliunde iam constet quaterniones inueniri in eo libro, qui restituendus est.

Restant duo folia 203. 204 et 217. 218, quae neque inter se neque cum ullo ex iis quaternionibus, qui modo restituti sunt, coniungi possunt. sequitur dodecades totas duodecim et responsa undecim dodecadis 49 et responsa quinque dodecadis 50 inter p. 204 et 217 periisse; num plura, discerni nequit. desunt igitur quinque uel plura folia. iam si fol. 217. 218 ultimum fuit folium quaternionis, fol. 203. 204 necessario tam prope ab eius initio positum fuit, ut si hic quaternio nullo intercedente sequeretur unum ex iis, quos iam nouimus, necessario futurum fuerit, ut responsa, quae eos coniungerent, inueniremus. quae cum desint, concludendum est utique duos quaterniones praeter quinque illos, qui supra restituti sunt, olim exstitisse. plane idem efficiatur, si quis malit putare haec folia praecessisse, nostros quaterniones esse subsecutos. cum uero etiam inter quaterniones secundum et tertium, qui coniungi inter se non possunt, unus

---

[1] Concedendum est litterarum paullo plus iis foliis tribui, quae inter p. 276 et 215 et 206 et 293 inserenda sunt, quam plerumque uno folio continetur; at bina folia iis quae desiderantur impleri non possunt; itaque cum de totis tantum foliis liceat cogitare, in singulis acquiescendum est. neque quisquam fieri non potuisse ut tres dodecades uno folio continerentur, contendet; in una quaque pagina XXIV sunt uersus, in folio igitur uno XLVIII; tres dodecades uero, si singulos tantum uersus responsa requirant — et talia responsa permulta sunt —, XXXVI expleant uersus aut XXXVIII, si duo uersus computantur, qui disiungant dodecades; restant igitur X uersus talibus responsis, quae unius uersus modum excedant. quod uero attinet ad magnum illum dodecadum numerum (IIII et trientem dodecadis), qui deest inter p. 206 et id quod seruatur p. 294, non est obliuiscendum et in superiore huius paginae margine nonnulla periisse et praeter unum folium ad hanc lacunam explendam totam quoque p. 293 praesto esse, in qua ne una quidem littera hodie legi potest.

certe interciderit, contendere licebit constitisse pristinum librum octo quaternionibus aut pluribus, paucioribus ut constaret fieri non potuisse. ut igitur minimum ponamus numerum, ex octo quaternionibus i. e. sexaginta quattuor foliis solum duodeuiginti seruata sunt, et ab his si subtrahuntur eae paginae, quae adeo sunt deletae, ut minimam tantum partem aut omnino non possint restitui, neutiquam plus quam quarta pristinae collectionis pars nobis tradita est.

In edendis sortibus ita disposui fragmenta, ut praecedant paginae 207—214, quippe quae longissimam seriem sine lacuna contineant, sequantur 193—196; 275. 276. 215. 216. 205. 206. 294; 199. 200. 197. 198. 191. 192. 189. 190; 201. 202. 187. 188, quae quamquam lacunis interpositis hoc ordine alia aliam excipiunt; in fine denique posui 203. 204. 217. 218, quae neque inter se neque cum ceteris possunt coniungi. eundem ordinem secutus sum in eligendis numeris, quos singulis dodecadibus imponendos esse putaui, quo facilius unum quodque responsum significari posset et totius collectionis ratio clarius perspiceretur.

Priusquam uero ipsa fragmenta proponam eorumque restitutionem pro uiribus adgrediar, circumspiciendum est, num fortasse alia exstent auxilia, quibus aut in cognoscenda operis indole ac natura aut in restituendis singulis sententiis adiuuemur. talia quaerenti statim se offerunt, quas iam Buechelerus in comparationem uocauit, Astrampychi oraculorum decades (ed. R. Hercher, progr. gymn. Joachimsthal. 1863). primum enim haud pauca responsa aut tota aut ex parte cum latinis sententiis, quales leguntur inter sortes Sangallenses ad uerbum fere consentiunt, uelut Sg. 13, 9 *habebis tempora uitae*, Astr. 62, 1 οὐχ ἕξεις χρόνον ζωῆς; Sg. 16, 8 *habebis spem fidei sed de disperato*, Astr. 95, 2 ἕξεις ἐλπίδα πίστεως cfr. 78, 9 ἀπολυθήσῃ τῆς συνοχῆς ἐξ ἀνελπίστων; Sg. 27, 11 *cum lite magna heres eris*, Astr. 1, 7 κληρονομήσεις μετὰ δίκης; Sg. 29, 9 *in fatis habes accipere sed non tota legata*, Astr. 25, 3 λήψῃ λεγᾶτον, ὀλίγον δέ cfr. 7, 6 κληρονομήσεις, οὐ πάντα δέ; Sg. 32, 6 *non habebis nouissima bona*, Astr. 4, 1 οὐχ ἕξεις ἐσχάτην καλήν; Sg. 47, 1 *uix expedies, quod cogitas*, Astr. 2, 10 οὐκ ἀπαρτίσεις ὃ ἐνθυμῇ, μὴ προσδόκα; Sg. 50, 12 *habes in fatis patriam tuam uidere*, Astr. 2, 9 ἕξεις τὴν πατρίδα ἰδεῖν μετὰ χρόνου cfr. 2, 2 οὐχ ἕξεις τύχην ἐπισκοπεῦσαι. deinde verborum formulae eaedem sunt,

uelut in fine responsorum Sg. 24, 12 *noli taediare*, Astr. 3. 2. 47, 6. 96, 3 μὴ λυποῦ; Sg. 31, 3. 36, 7. 52, 7 *noli uereri*, Astr. 3, 10. 9, 6. 12, 6. 10. 25, 9. 59, 8 etc. μὴ φοβοῦ; Sg. 3, 1. 4 *caue* (cfr. 24, 11), Astr. 3, 4. 94, 5 μερίμνα; Sg. 18, 10 *succurre tibi*, Astr. 12, 1. 32, 10. 57, 2. 62, 8 etc. σεαυτῷ βοήθει; Sg. 35, 4 *aliud, age* Astr. 41, 10. 70, 2. 80, 8 ἄλλο τι πρᾶττε; Sg. 23, 7. 24, 9. 35, 2 *sed tarde*, Astr. 1, 3. 5, 6. 22, 7. 45, 7 etc. βραδέως δέ; Sg. 35, 7. 22, 4 *sed non modo*, Astr. 5, 9. 12, 4. 14, 4. 6. 21, 10 etc. ἄρτι δὲ οὔ; Sg. 29, 4 *sed tempore interposito*, Astr. 21, 9. 50, 4. 62, 10. 68, 8 ἀλλὰ μετὰ χρόνου; Sg. 14, 7 (cfr. 7, 3. 9, 8) *expedit enim tibi*, Astr. 8, 4. 30, 6. 39, 6. 43, 4 etc. οὐ γὰρ συμφέρει σοι; Sg. 31, 8 *sed inpediris a persona* Astr. 79, 3 ἐμποδίζῃ γάρ; Sg. 11, 5. 12, 6. 13, 7 *non uidebis mortem inimici*, Astr. 90, 7 ὄψει θάνατον οἰκείου ταχέως.

Neque tamen singula tantum responsa eorumque partes ita congruunt inter Astrampsychum et sortes Sangallenses, sed quod multo etiam est grauius, uniuersa operum natura eadem est: ut sortes Sangallenses per dodecades digestae sunt, quarum sententiis praepositi sunt numeri I—XII, ita Astrampsychi oracula progrediuntur per decades, quarum sententiae numeris α′—ι′ signatae sunt. et si accuratius examinatur Astrampsychi opusculum, per decades etiam ipsas sententias eodem quo in codice Sangallensi modo distributas fuisse apparet, quamquam postea, ut res paullo secretior magisque intricata uideretur, ipse auctor consulto omnia permiscuit, ita ut praeter decades 66 et 67 nullae ex tota collectione eodem quo primum compositae erant ordine inter se excipiant. ecce exemplum temere electum: quaestionibus tricesimae primae et sequentibus ad quartam adscribam responsorum sedes, quales secundum normam in praefatione operis expositam inueniuntur et re uera cum ordine libri congruunt:

31: 34, 1. 3, 2. 68, 3. 76, 4. 50, 5. 53, 6. 4, 7. 96, 8. 40. 9. 21, 10.
32: 3, 1. 68, 2. 76, 3. 50, 4. 53, 5. 4, 6. 96, 7. 40, 8. 21, 9. 23, 10.
33: 68, 1. 76, 2. 50, 3. 53, 4. 4, 5. 96, 6. 40, 7. 21, 8. 23, 9. 70, 10.
34: 76, 1. 50, 2. 53, 3. 4, 4. 96, 5. 40, 6. 21, 7. 23, 8. 70, 9. 99, 10.

addo etiam responsa quaestionis quadragesimae:

40: 21, 1. 23, 2. 70, 3. 99, 4. 62, 5. 31, 6. 33, 7. 5, 8. 45, 9. 100, 10.

haec eadem ratio per totum opusculum nusquam interrupta in-

uenitur; dubitari igitur nequit, quin consulto ita compositus fuerit libellus et, ut eodem exemplo uti pergam, decas 34 olim fuerit x+1, 3: x+2, 68: x+3, 76: x+4 . . . 21: x+10, 23: x+11 etc.[1]

Quae cum ita sint, neminem puto oblocuturum esse, si contendero plane eiusdem generis esse Astrampsychi oracula et sortes Sangallenses et eodem modo quo illa has quoque fuisse usurpatas, nisi quod earum usus, cum tam perspicuus esset responsorum ordo, multo simplicior fuit. Astrampsychus p. 1, 7 ss. quomodo oracula sua essent adhibenda luculenter exposuit exemplisque illustrauit; quod si de eius praeceptis ea omittimus, quae mira tantum decadum perturbatio necessaria fecerat, hunc fere in modum sortes Sangallenses usurpatas esse putandum est: quaestiones numeris distinctae responsorum collectioni praemissae erant ut apud Astrampsychum; qui consulere sortes nolebat, alia quam quae continebantur illis formulis, quaerere non potuit; ubi quaestionem protulerat, aut alea aut sortibus aut simili quadam ratione numerus aliquis ei eligendus fuit inter I et XII positus; tunc is qui responsa edebat, eam euoluebat dodecadem cuius primo loco quaestioni respondebatur, et secundum numerum a quaerente electum aut hanc ipsam sententiam aut unam e conuenientibus quaestioni proximarum undecim dodecadum tamquam numinis responsum pronuntiabat[2]. utrum ad inueniendam dodecadem ut ita dicam principalem tali opus fuerit claui, qualis apud Astrampsychum exstat, an simpliciter dodecades iisdem numeris signatae fuerint ac quaestiones, quibus primae quaeque sententiae respondebant, discerni iam nequit.

---

[1] Primae quaestionis, quae ιβ' inscribitur, primum responsum exstat primo loco decadis uicesimae; cum igitur secundum normam supra expositam ceterae huius decadis sedes expleri non potuerint, responsa iis continentur deinceps sed peruerso ordine ad ultimas nouem quaestiones pertinentia; item decadis centesimae primae duo tantum primi loci occupati sunt sententiis tali quales supra describebantur seriei inserendis (scil. resp. 1 quaestionis 13, 2. quaestionis 12), ceteris locis responsa exstant extra ordinem ad quaestiones 14—21 quadrantia. similiter in omnibus decadibus, quae pro illa ratione compleri non poterant, quia aut in initio aut in fine pristini libelli positae erant.

[2] Similis uaticinandi modus describi uidetur corrupto scholio Vallae ad Iuuenal. sat. 6 u. 582.

Quae si recte disputata sunt, quaestionum elencho augentur ea, quae de toto sortium Sangallensium libello deperiisse demonstraui. nescio an plura etiam addenda sint. ualde enim probabile uidetur similem ut apud Astrampsychum hic quoque fuisse praefationem, quamquam fortasse minus adrogantem ac uaniloquam, et paene pro certo adfirmauerim huius quoque libelli auctorem preces praescripsisse, quae sortes adeunti et responsa edenti dicendae essent.

Praeter Astrampsychi locos parallelos in adnotationibus hic illic adscribam etiam sententias et formulas ex sortilegiis codicis Monacensis 14846, quorum alteram collectionem Thurneysenus *edidit* in actis acad. Monac. cl. phil.-hist. 1885 p. 90 ss. „Altirische und brittische wörter in einer sortes-sammlung der Münchener bibliothek", ubi quae de codice docenda sunt dicta inuenies. ego quae proferam, ex ea sortium collectione sumpta sunt, quam Thurneysenus ut a proposito suo alienam neglexit, ex ea in qua trium alearum iactu de rebus futuris quaerebatur et uni cuique numerorum combinationi paucae atque certae respondebant sententiae. addenda haec esse putaui non ut nouum ex his nugis multo recentioribus lumen adflueret sortibus Sangallensibus, sed ut exemplo demonstraretur, quomodo ueteres sententiae formulaeque in his potissimum rebus per saecula multa traditae conseruataeque essent.

(*I*)

(*desunt quattuor responsa et dimidium*)

uera et bona lot . . . p. 207
VI in nullo t⌊e la⌉c⌊erat nec te⌉ deridet.
VII hunc annum ⌊multum gaudebi⌉s; habe|bis enim ⌊fructus bonos.⌉
VIII 5
⌊VIIII⌉ . . . . s non | . . . .
⌊X⌉ . . . . sed mox | . . . .| obtinebis 10
⌊XI⌉ quid prom . . . . . . religiosus | et aliut . . . . . . cogitas.
⌊XII⌉ . . . . les sed deum | . . . . posturam.

(*II*)

I non tibi ⌊expedit habere⌉ consortium. 15
⌊II⌉ accipies pr⌊omissum tuum et⌉ multum | gratulaueris.
III in multo[s] gloriaris.
IIII quid urges facere testamentum, | cum domino iuuante 20 uita bona tibi resta⌊t⌉?

I, 6. littera duodecima o potius quam c esse uidetur; cum tamen 2, 7. 3, 8. 4, 9. 5, 10. 6, 11. 7, 12 de amico eum qui oraculum adit lacerante agant, huic quoque responso eam inesse notionem oportet. — 7. cfr. 5, 12; notandus est acc. *hunc annum* pro 'hoc anno', cfr. 2, 9. 4, 11. 5, 12 sed 3, 10. — u. 5. ss. responsum 12 incepisse uidetur u. 13, cum uix putandum sit responsum 11 exiisse in uerba *sed deum*; neque diuelli possunt uu. 11. 12 propter *et* coniunctionem initio u. 12 positam; u. 10 igitur pertinet ad responsum 10, cuius initium certo extricari nequit; potuit incipere u. 8 aut uno contineri u. 10. ad eadem responsa pertinebant uu. 6 et 7. 8 et 9.

II, 2 de promisso agi demonstrant 3, 3. 4, 4 e. q. s., addidi *tuum* quod item inuenitur 34, 9 (alio sensu *promissum suum* 8, 3), ut tot fere litteras u. 16 contineret quot u. 15, qui eadem est longitudine in codice; cfr. etiam 29, 2. — 3. cfr. *in nullo* 3, 4, *in bono* 5, 6, *in magno honore* 9, 10. *gloriari* in his sortibus ubique est 'sibi gloriam comparare', quam notionem aliunde cognitam non habeo; sed in aperto est quaestionem fuisse 'num gloriabor?' et nemo unquam oracula interrogabit: „werde ich mich rühmen?“ apte respondet graecum δοξάζεσθαι. — 4. ultima littera sine

V uisum utilem non est, sed caue | ne incurras inimicorum insidias.
VI sine causa laboras, nam non | optines per libellum. ||
p. 208 VII male lacerat amicus de te.
VIII expedit tibi ut accipias quod desi|deras, quia toto animo in te pendit.
5 VIIII hunc annu fructi miserrimi sunt; | caue ne inopiam patiaris.
X ubi uades, paenitebis te.
XI noli ire, quia non susciperis.
XII cum gaudio optinebis quod desideras.

(*III.*)

10 I non poteris in expeditionem | ire; caue.
II expedit tibi, ut habeas consortium.
III accipies promissum, sed cum gaudio.

---

dubio est *a*; cfr. 4, 6. — 5. de somniis agi uidetur hac sententia et iis, quae eidem quaestioni respondent. cfr. cod. Mon. f. 116r *IV. IV. IV caue ne decipiaris malorum insidiis* Firm. Mat. astr. 5, 1 p. 120 (ed. Basil.) *uarias incurret insidias.* — 6. *libellus* est accusationis libellus, *per libellum* igitur idem significat ac per iudicium, ut apparet ex iis quae opposita sunt *per libellum* uerbis: 6, 10 *per patronum*, 8, 12 *iuuante deo*; cfr. etiam 4, 8 ubi componere oppositum est agendo per libellum. — 7. *de* delendum videtur Buechelero. — 8. *expedit ut* idem significare uidetur quod 'contingit'; hoc certe loco et 7, 6 de alio sensu cogitari uix potest; 8, 2 et ita intellegi potest et 'utile est', ceteris locis, ubi 'expedit' sine dubio significat 'utile est', aut absolute adhibetur aut cum infinitiuo coniunctum est, cf. indicem. *in te pendit*, (*pendit* pro *pendet*): quod grauius pendet in libra, eius lanx deprimitur; ita fieri potest, ut 'pendere in alqm' idem fere sit atque 'inclinare ad alqm'. — 10. dubito an corrigendum sit *paenitebit te*; cum tamen qui dixit *paeniteris* (uid. ind.), facile etiam dicere potuerit *paenites te*, pro certo nihil adfirmauerim. ad sententiam cfr. Firm. Mat. 3, 3, 6 *faciet enim infelices, infames et erraticos, qui scilicet in uno nunquam possint consistere loco.* — 11. scilicet ad amicum uel simile aliquid; cfr. 3, 12. — 12. cfr. cod. Mon. f. 106u *VI. VI. IIII recte quod cogitas. noli timere; tenebis quod desideras et possidebis illud quod optas.*

III, 2 cfr. 7, 6 et Astr. 64, 5 ἐὰν συναλλάξῃς ἑτέρῳ, ὠφεληθήσῃ. — 3. mirus est *sed* particulae usus, qui tamen in hoc litterarum genere sollemnis esse uidetur, cfr. 51, 6 Firm. Mat. 6, 31 p. 180 *latrones perficiet sed qui frequenter humano sanguine cruententur*, similia saepius. —

IIII in nullo gloriaris; caue.
V tempus tibi proximum est; fac tes|tamentum ita, ut seruos tuos liberos dimittas.
VI uisa fantasmatae sunt.
VII tardum erit, ut per libellum | optineas.
VIII quid uereris? de quo suspicaris, | non te lacerat, sed magis bonum | testimonium de te reddet.
VIIII quam uis, cons[t]entit tibi | toto animo. ||
X hoc anno fructus bonus tibi | significatur. p. 209
XI si eris diu, ubi constabis.
XII animo te suscipit amicus.

(*IIII*)

I procede ad publicum feliciter. 5
II uade in expeditionem feliciter; | uictor uenies.
III habeto consortium et multum | lucraris.
IIII si neglegens non fueris, accipies | promissum a quo uis. 10
V durum est, ut glorieris.
VI quid tam cito uis facere testamentu⌊m⌉, | cum domino iuuante uita habebis bona?
VII obserua istum uisum, ne forte | in laqueo incidas. 15
VIII tardum erit, ut obtineas per | libellum; melius est, ut conponas.
VIIII sed quid tam uerbosus uel in|portunus amicum? quem 20 diligis | in absenti te lacerat.

---

5. *tempus* mortis. — 9. *constentit* cod. notandum est Firmico Materno 'dissentire' sollemne esse uocabulum de discordia maritorum; 'consentire' eodem quo hic generali adhibet sensu 5, 3 p. 127. — 11. *ubi* legi, recte sine dubio Buechelerus suspicatus est *ibi* potius legendum fuisse, cfr. 4, 12; sed uide etiam Astr. 80, 1 = 85, 10 μενεῖς ὅπου ὑπάγεις. — 12. *animo* eodem sensu usurpatum quo *toto animo* 2, 8. 3, 9. 9, 3.

IIII, 1. artifici alicui dictum esse uidetur. — 3. = 5, 4. dubitari potest, an his locis ceterisque, quibus *lucraris* me legere putaui, rectius *lucrabis* scribatur; exspectatur enim omnibus his locis tempus futurum. inuenitur forma *lucrabis* 6, 9. 9, 8. 15, 2 et confirmatur eo, quod 9, 12. 14, 9 est *lucrauis*, facillime autem in litteris uncialibus deletis R pro B legi potest; cum tamen 17, 11 exstet forma *lucraueris* i. e. *lucraberis*, res in dubio relinquenda. cfr. Astr. 85, 7 συναλλάξεις ἑτέρῳ καὶ κερδανεῖς πολύ. — 6. cfr. Firm. Mat. 4, 9 p. 97 *bonam quidem uitam decernit*. — 8. *conponas* litem. — 9. excidit uerbum finitum; *quem diligis*

X quem uis, finget tibi; nam multis | se promittit. recede inde morio. ||

p. 210 XI hunc annum fructi rari nascuntur | et tempus laboriosum significat.

XII in quo uadis, non constas ibi.

(V)

5 I noli illi donare, qui non est | obsequens tibi.

II noli ad publicum praecedere, | ne forte paenitearis.

III non tibi expedit in expeditionem | ire, ne captus interficiaris.

10 IIII habeto consortium et multum | lucraris.

V accipe promissum; quare tristaris?

VI in bono gloriaris feliciter.

15 VII succurre tibi et citius fac tes|tamentum, quia mors tibi superest.

VIII uera sunt uisa; obserua ne in ali|quo damno incurras.

VIIII si non esses auarus, olim optinue|ras per libellum.

---

uerba ad posterius enuntiatum pertinere uidentur, cfr. 3, 8. 5, 10. 7, 12. puto de laude amici in priore sententiae parte dictum fuisse. — 10. *fingere* intransitiue adhibetur per totum libellum excepto uno loco 16, 1; sensus clarius intellegitur e. g. 6, 5 *finget tibi et de fraude cogitat;* ad *quem uis* supplendum est 'tibi donare' uel simile aliquid, cfr. 2, 8 quod est responsum ad eandem quaestionem pertinens; cum *finget tibi* cfr. 6, 6 *mentitur tibi.* ad finem responsi cfr. 7, 1 *uade tibi fatue.* — 11. scribendum *significatur*? an cogitatione supplendum subiectum 'sors'? — 12. *uadis* pro *uades*? cfr. 2, 10. 3, 11. *conseas* cod. exhibere uidebatur, quod *constas* esse (= 'consistes') Buechelerus monet. cfr. Astr. 14, 5 οὐ μενεῖς ὅπου ὑπάγεις.

V, 2. *praecedere*: in ceteris eiusdem seriei responsis semper adhibetur *procedere* quod multo melius conuenit et sine dubio hic quoque restituendum est. *paeniteri* forma sortilego usitatissima uid. ind. cum fine sententiae cfr. cod. Mon. f. 110r *VI. IV. II . . . ne postea peniteris.* — 3. cfr. Astr. 95, 5 = 17, 7 οὐ συμφέρει σοι στρατηγῆσαι. — 4. = 4, 3. — 5. *tristari* uid. ind. — 6. cfr. Astr. 18, 10 προκόψεις ἐπὶ καλῷ καὶ δοξασθήσῃ. — 7. *superest* eodem sensu usurpatum est, quo 3, 5 dicebatur *tempus tibi proximum est;* alia huius usus exempla non inueni, sed facile explicatur: eadem est imago, quae est in frequentissimo uerbo imminendi, cfr. Astr. 62, 3 οὐ σωθήσῃ τῆς ἀσθενείας· διάθου. — 8. *obseruare* exeuntis antiquitatis temporibus plane idem est quod 'cauere'; exempla uide apud Rönschium, Itala und Vulgata p. 374. — 9. propter auaritiam qui sortes adit, sumptus iudicii ueritus aduersarium non accusauit. —

X quem suspicaris, minas facit et mul|tum lacerat; cautus esto 20
ab illo.
XI non tibi consentit, quem uis.
XII hunc annum boni fructi sunt || et multum gaudeuis. p. 211

(*VI*)

I finget tibi promittendo, nam non do⌊nabit⌉.
II donat quae expedit tibi ut gratiam hab⌊eas⌉.
III non est quod uerearis; procede in publ⌊icum⌉.
IIII uade feliciter in expeditione, quia | tua est uictoria. 5
V non tibi expedit habere consortium, | quia finget tibi et
de fraude cogitat.
VI aliquantum promittit, sed plus | mentitur tibi. 10
VII si forte b . . . os eris, ne forte captus | pae⌊nit⌉earis; si
taceas, poteris gloriar⌊i⌉.
VIII adhuc tibi uita debetur; quare | uis facere testamentum?
VIIII uisa uera sunt et lucrabis. 15
X obtinebis, sed per patronum, | quod uis per libellum.

---

10. *suspicari alqm*, graece ὑποπτεύειν τινά; latina exempla afferuntur a lexicographis Plaut. Asin. 889. Apul. met. 10, 24. *cautum esse* idem est ac 'cauere', itaque eodem modo cum 'a' praepositione construitur; inuenitur *cautus ab* iam apud Lucanum 4, 409; formula *cautus esto* est etiam in sortibus Monac. f. 108r VI. V. V.

VI, 1. cfr. 7, 2. 8, 3. 9, 4; 9, 4. 10, 4 est *finget in promittendo*; nescio an *in* hic quoque sit inserendum. — 2. ut traditum est, ferri nequit; potest fortasse significare: *donat, quae expedit tibi ut gratus accipias*, neque tamen haec structura quadraret ad obseruationem quam protuli ad 2, 8, et consensu responsorum 5, 1. 7, 3. 8, 4. 9, 5 efficitur, hic non de tertio quodam donante agi sed de eo, qui sortes consulit; usitatissima formula est *quia expedit tibi*; scribendum igitur sine dubio est *dona, quia expedit tibi*, et quamquam cetera possint non mutata relinqui *ut gratiam hab⌈eas⌋*, praeferam in loco corrupto haec quoque ad locorum similium normam conformare *et gratiam hab⌈ebis⌋*, cfr. 9, 8. 10, 2. 11, 12. — 7. ualde dubiae sunt, quae praecedunt litterae; *siforteb . . . . os* cognoscere mihi uisus sum sed ita, ut *si* et *b* exstare mera esset suspicio; cogitaui, num fortasse *oportet* lateret in primis litteris et restituendum esset ⌈*oportet caute loqu*⌋*eris* (cfr. 18, 1 *uincet necesse est*, 24, 5 *manumitteris necesse est*, contra 30, 7 *officiosum te esse oportet*); cautionis notionem transtuli ex 7, 8. mirum est quod locus persimilis sed item ualde mutilatus inuenitur inter sortes Monac. fol. 109v *VI. IIII. IIII. lingue blande loquitur non serit . . uerbi oris ne captus postea penitueris.*

XI in absenti multum lacerat, | de quo consulis.
20 XII in multum tibi consentit | et obsequens est.

(*VII*)

p. 212 I circumuenit te, ut te expoliet; || nam non te adfiliabit; uade tibi fatuae.
II manifeste tibi donat; sed tu illi | obsequens esto.
5 III deo serua fidem et quod promisis|ti dona; expedit tibi.
IIII procede feliciter ad publicum | et cum lucro redies.
V moneo te, ne uadas ad expeditionem.
10 VI expedit tibi, ut consortium habeas, | ubi fides est et multum lucraris.
VII noli neglegens esse et accipies | promissum.
VIII obserua, uerbose, quid sic flagites, | ne incautus pericliteris ad mortem.
15 VIIII fac testamentum ita, ut pauperibus | dimittas et anima tua deo commendes.
X magnum uisum uidisti; ut scias, | honorem cum hereditatem | tibi significat.
20 XI non obtinebis per libellum.
XII quem suspicaris, non te lacerat | sed bonum de te dicit.

(*VIII*)

I fideliter tibi obsequitur. ||
p. 213 II si obsequens illi fueris, adfiliab⌊it⌉ | te et eris dominus.
III promissum suum conplet; noli ue|reri, quia donauit. esto securus.
5 IIII qui tibi obsecundatur, dona illi | et bene facies.

VII, 3. cogitari potest aut de uoto soluendo aut de promisso, quod iure iurando fuit confirmatum. — 6. contrarium est 8, 7 *quia inpostor est*. de *expedit* uocis notione uide ad 2, 8. — 8. *periclitari ad mortem* praegnanter dictum pro 'periclitari ut morti aliquis propinquus sit'. — 9. *dimittere:* legare; ita in testamento porcelli bis, p. 241, 14 et 242, 9 (ed. III. Buech.), ubi quin sollemnia in talibus rebus uocabula adhibita sint, dubitari nequit; cfr. etiam Loewe, act. soc. phil. Lips. II p. 483 et prodr. corp. gloss. p. 422, 13. praeceptum est aperte christianum. — 10. *ut scias* scilicet 'tibi dicam'.

VIII, 1 = 9, 2. — 3. cfr. Firm. Mat. 5, 2 p. 121 *qui nunquam promissorum compleant fidem*. *donauit* pro *donabit*; nam *securum esse* non adhibetur nisi de rebus futuris; cfr. 22, 3. 24, 2. 32, 10. — 4. *obsecundari*

V non tibi expedit, ut ad publicum | procedas.
VI uade feliciter in expeditionem | et uictor uenis cum lu- 10
cris tuis.
VII tolle te inde et noli habere con|sortium, quia inpostor est.
VIII satage et accipies promissum.
VIIII si taces, in multo gratulaueris.
X quare facies testamentum, | dum bona uita habeas? 15
XI non utilem uisum uidisti; obser|ua hora mala.
XII quid cogitas? tantum iubante deo | optinebis, quod uis 20
per libellum.

(*VIIII*)

I noli appellare, ne incadas.
II fideliter tibi obsequitur.
III toto animo te adfiliauit. ||
IIII finget tibi in promittendo; nam | non est donat⌊urus⌉. p. 214
V noli donare, quia superbus est et ingratus.
VI procede ad publicum feliciter.
VII festina ad expeditionem, quia in uic|toria felicissimus eris. 5
VIII habeto consortium; expedit enim | tibi et multum lucrabis.
VIIII noli uereri; accipies promissum.
X iubante domino in magno honore gloriaueris. 10
XI roga dominum, ut tibi uita concedat; | fac testamentum
ita ut an . . . m . . . . es | tuos legatorios dimittas.
XII uisum ⌊utilem uidisti: unde non⌉ | speras lucrauis. 15

---

forma minus usitata pro 'obsecundare', uide ind. — 7. ex sententia secundaria apparet *consortium* in his responsis concreto quem uocant sensu adhiberi pro 'consors, socius'. — 8. *satage*: noli neglegens esse 7, 7. — 9. *gratulaueris*: laetaberis. — 11. *hora mala* accusatiuus est; similia composita inuenies in indice.

VIIII, 1. notanda forma *incadas; ne incadas* idem fere significat ac *non expedit tibi*, nisi intercidit nomen uelut *in insidias cadas*; sed cfr. Astr. 81, 2 οὐ λήσεταί σου ὁ δρασμός· ἄρτι ἐμπίπτεις. — 2. = 8, 1. — 7. cfr. Astr. 1, 4 = 22, 8 στρατηγήσεις καὶ εὐημερήσεις καὶ δοξασθήσῃ. — 8. cfr. 4, 3. 5, 4. — 11. inter *ita ut* et *tuos* litteras cognoscere mihi uisus sum *an . . . m . . . es*; necesse est lateat in his obiectum, ad quod *tuos* quoque pertineat, cum *legatarios* sit substantiuum quod uocant praedicati. cogitaui de *amicos omnes* aut *amicos et seruos*. — 12. de restituenda altera enuntiatione dubitari nequit coll. 15, 2; qua restituta prioris quoque sensus constat, de uerbis nihil pro certo adfirmari potest.

(*X*)

I	timendum est, ne condemneris.
II	appella, quia expedit tibi et ob|tinebis quod uis.
20 III	noli illi credere, quia non tibi | fideliter obsequitur et male | de te cogitat.
IIII	fingit in promittendo; nam non | te adfiliabit. ||

(*desunt octo responsa dodecadis X, nouem totae dodecades, quattuor responsa dodecadis XI.*)

(*XI*)

p. 193 V	non uidebis mortem inimici, quia dae|⌊mon⌉es ⌊ill⌉um custodiunt quos coli⌊t⌉.
VI	adhuc magno tempore uiues.
5 VII	non habes tempora uitae longa; | uiuis itaque d . . . . . uis.
VIII	quidem consulis de . m; citius | moriturus es; ora dominum.
VIIII	. . . . eger.
10 X	. . . . na | . . . . mam deo.
XI	non condemnaris in appellatione.
XII	appella, quia expedit tibi et ob|tinebis quod uis.

(*XII*)

I	noli fidem seruare, ne te peniteat, | quia lederis.
15 II	habebis occasionem ⌊ut interficias | inim⌉icum tuum.

X, 2 = 11, 12; cfr. Astr. 7, 1 = 95, 3 = 17, 5 = 22, 6 ἐπιτεύξῃ τῆς ἐπικλήσεως.

XI, 5. cfr. Astr. 90, 7; Firm. Mat. 3, 7, 9 *grauesque uidebunt mortes filiorum* (cfr. etiam 5, 1 p. 116). u. 2 cognoscere me putaui litteras . . *est* . . *cum custodiant quos coli;* sine dubitatione sunt *e* et *um.* de daemonibus quin hic agatur, quamquam nullo alio horum fragmentorum loco eorum mentio fit, dubitari nequit, cum *dę* litterae in fine u. 1 certo recognoscantur. *illum* pronomen eodem quo suppleui modo, ubi 'eum' exspectes, saepius adhibetur e. g. 16, 4, in hoc quoque responso de inimico usurpatum. — 6. cfr. 12, 7; exspectes *magnum tempus,* sed cfr. 1, 7. 2, 9, 3, 10 etc. magis etiam offendit 12, 8 *in longo tempore.* — 7. ad priorem sententiae partem cfr. Firm. Mat. 3, 4, 5 *longos annos et uitae maxima spatia decernit.* u. 2 solae litterae *itaqued* certae mihi uidebantur. — 8. ab *e m* usque ad *es* omnia dubia sunt; in promptu est suspicio in primis litteris nihil aliud latere ac *quid consulis de⌈u⌋m,* sed dubito an hoc non bene congruat cum fine enuntiati. *quidem* similiter primo loco positum 33, 1. — 10. *na* et *mam* incerta sunt.

XII, 1. sententia abhorrens ab omni christianorum ethica. — 2. de

III aude celerius et circumuenies, | de quo cogitas.
IIII succurre tibi, quia aduersarius | circa te egit. 20
V si praemium promiseris, inuenies | quod quaeris, sed de quo suspectus e[s], || non est conscius. p. 194
VI uidebis mortem inimici primam.
VII non magno tempore uiuis.
VIII habebis uitae tempora, sed non | in longo tempore. 5
VIIII in dei nomine diu uibis; esto securus.
X obserua, ne forte circumuentus in|crimineris et multum paeniteari s.
XI noli dimittere persona, de qua soniaris.
XII in dubio erit condemnatio[r]. 10

---

interficiendo inimco agi demonstrant 13, 3. 14, 8. 15, 9; etiam nunc post *occasionem* cognosci fortasse possunt *tint* litterae; in fine uersus 1 *mas* legi putaui, ubi sine dubio *cias* potius legendum fuit. — 3. ne hoc quidem ualde dignum homine christiano; cfr. 14, 9. — 4. *circa te egit*, 13, 5. 14, 10 est *contra te egit*; cum tamen *agere* in his responsis aperte sensu iudiciali adhibitum sit, notio trium locorum eadem est; *circa* praepositionis usus inde a Quintiliani temporibus frequens occurrit pro 'de'. — 5. *seu* descripsi pro *sed*, meo sine dubio errore, item 33, 1. *suspectum esse* pro 'suspicari', cfr. ind. *conscius* in his sortibus semper est 'nocens', quae notio maxime apparet 14, 11; cfr. 15, 12. — 6. *primam* i. e. priorem tua. — 7. cfr. 11, 6.—8. cfr. Firm. Mat. 3, 15, 12. *breue uitae tempus spatiumque decernit.* — 9. *uibis* pro *uiues;* futurum tempus requiritur et propter *securus esto* formulam (uid. adn. 8, 3) et propter consensum omnium locorum, quibus de uitae temporibus agitur. — 10. *incriminare* pro 'accusare', raro usu, cuius primum exemplum Ducange affert e libro pontificali in Symmacho PP; eodem sensu adhibetur in his sortibus 14, 11 38, 2. — 11. *soniaris:* exstat praeterea 37, 11 = 38, 11 et 47, 11, *sonium* 52, 9. idem esse ac 'somniari somnium' minime est probabile, cum alia exempla m litterae ante n omissae in hoc libello plane desint, ut mirus mehercle casus sit e. g. *calumniam* ubique recte scribi, *somniari* ubique falso; accedit quod 52, 9 ualde torta fiat interpretatio, si *sonio* sumatur pro 'somnio'; minoris momenti est, quod 'somniare', quod sciamus, semper actiue adhibetur. Philoxenus interpretatur *somnium* φροντίς, in Stephani excerptis inuenitur etiam *somnior* μεριμνῶ; eadem notio optime quadrat sortium locis, ubi *soniari*, *sonium* legitur. iam uero romanarum quas uocant linguarum uocabula eadem significantia postulant has ipsas formas *soniari*, *sonium* (Diez, Etymolog. Wörterb. der rom. Spr.[3] I p. 386 s.); dubitari igitur nequit, quin propria sint uerba *sonium soniari*, ut exstant in codice Sangallensi, et postea demum — etiam in illis glossis — confusa cum 'somnium, somniare'.

(*XIII*)

I habebis fidem, sed semper in dubio est.

II noli fidem frangere, ne te paeniteat.

III moneo, ne male facias inimico tuo, | quia nihil est.

15 IIII non poteris hominem circum|uenire; tolle te.

V caue, quia aduersarius contra te egit.

VI in quo suspicaris, innocens est; | quare tibi fidem praestat?

20 VII in celerius uidebis mortem | inimici tui. quid times?

VIII multum tempus uiuendi interest.

VIIII habebis tempora uitae. ||

(*desunt tria responsa dodecadis XIII, quattuor totae dodecades, quinque et dimidium responsa dodecadis XIIII.*)

(*XIIII*)

p. 195 et licet exiguam spem habeas, sed | multas fides habes.

VII serua fidem, expedit enim tibi.

5 VIII quare minaris inimico, qui[a] tibi | inter mortuos mortuus est?

VIIII si celerius ieris, mox illum circum|uenies et de ipso lucrauis.

X uide quid agas, quia aduersarius | contra te egit. obserua ne capiaris.

10 XI quare facile innocentem incri|minas, cum non sit conscius?

XII in dubio erit, sed non morietur | inimicus tuus.

XIII, 1. cfr. Mon. f. 110$_r$ *VI. IV. I. fides tua lubrica est.* — 3. *quia nihil est* scilicet inimicus, cfr. 16, 4 *quia nihil dominus fecit illum.* — 6. *in quo suspicaris* item 42, 10; contra *in quem suspicaris* 40, 8. 41, 9. neutra structura aliunde mihi nota est, sed facile intellegitur, quomodo aliquis dicere potuerit 'suspicari in aliquem', cum in omni suspicione hostile aliquid insit; *in quo s.* puto mera casuum confusione ex illa dictione ortum esse. — 9. cfr. Astr. 62, 1 = 100, 6 οὐχ ἕξεις χρόνον ζωῆς; Firm. Mat. 3, 15, 1 *eis nulla uitae tempora decernit.*

XIIII, 6. periit cum folio antecedente primus responsi uersus, quo bene rem processuram esse quaerenti dictum fuisse suspicor. — 8. *quia* cod., sine dubio *qui* legendum, cum particulae causali minime sit locus praecedente interrogatione; sententia est: 'non est cur mineris, nam mortuus est.' — 12. *in dubio est* i. e. 'in eo est, ut de eius salute dubitetur' cfr. 43, 9, ubi dicitur de homine accusato.

(*XV*)

I grande tumultum hoc anno in populo.
II noli uereri, quia tristitiam, | quam pateris, in dei nomine. 15
unde non | speras, multum lucrabis.
III caue inimici persecutionem.
IIII expedit fidem praestare.
V obserua, ne tibi fidem frangat | nuptiarum. 20
VI fidem tibi seruat amicus.
VII habebis spem fidei, licet non creda[s]. ||
VIII fidem serua, ne te paeniteat. p. 196
VIIII si adire uolueris iudicia, mox | mox interficies inimicum tuum.
X tolle te, quia non poteris circum|uenire, ne captus puniaris. 5
XI caue, quia aduersus te explicuit | aduersarius.
XII de quo consulis, manifeste cons|cius est, et alicui prosunt.

(*XVI*)

I quidquid finges, eueniet, | quia sic natus es[t]. 10
II hunc annum in populo salus saluuer|rima et annona bona
significatur.
III noli timere tristitiam.
IIII noli uereri inimici persecuti|onem, quia nihil dominus fecit 15
illum.
V facito illi satis, ut prestes illi fidem.
VI consilium mutant, ut fides tibi | frangatur.

XV, 1. excidisse uidetur *significat*, cfr. 4, 11. 35, 9. — 2. excidit uerbum finitum sententiae primariae, e. g. 'vinces', ad alteram enuntiati partem cfr. Firm. Mat. 5, 1, p. 119 *ei collectum patrimonium*, *unde non sperauerat*, *confert*. — 3. per se anceps est responsum, sed 16, 4 cum eo comparatum demonstrat agi de inimico persequente sortes adeuntem. — 8. cfr. 13, 2. 16, 9. — 9. cum alterum *mox* in exeunte, alterum in ineunte uersu positum sit, ualde probabile est meram esse dittographiam. — 11. mirus est usus uerbi explicandi; fortasse imago sumpta est ab imperatore, qui dicebatur aciem, agmen, se explicare. — 12. *osunt* litterae non plane certae mihi uidebantur; quid in iis lateret nondum assequi potui.

XVI, 1. ualde dolendum est alia responsa ad eandem quaestionem pertinentia non superesse; suspicor scribendum esse *es*, ut sententia sit 'tam felici constellatione natus es, ut quaecunque tibi finxeris, eueniant.' — 2. notandus est ludus uerborum *salus saluuerrima*. — 5. promisit ni fallor, qui oraculum adit, aliquid nescio cui, quod iam fieri ille poscit; quaerit igitur, num promisso sibi standum sit. — 6. qui mutent consilium,

20 VII noli male sentire de amico tuo, | qui tibi fidem seruat.
VIII habebis spem fidei, sed de disperato.
VIIII fidem serua, ne penitearis.

(*desunt responsa tria dodecadis XVI et plus undecim dodecades totae*; *cfr. praef.*)

(*XVII*)

(*desunt octo responsa, supremus uersus. p. 294. 275 resectus est.*)

p. 294, 275 VIIII ⌊per⌉||iculum accusationis. habebis.
X rat||iones non habebis iustas, | un||de noceri habes.
5 XI no⌊n⌉ || derelinqueris; para te reddere | ra||tiones; aes facies rationem | et || lucraueris.
XII si||.. licaueris, remoueris.

(*XVIII*)

I co||nsules, an uincat; uincet necesse est.
II sa⌊l⌉||uus recedis a circumuentoribus.
10 III ma⌊e⌉||reris quidem, sed non habes | ca⌊l⌉||umniam; securus esto.
IIII lib||erabitur, sed per patronum,
V so||lueris de uinculis.

---

scire non possumus, cum una tantum praeter hanc sententia 15, 5 eidem quaestioni respondeat; fortasse cogitandum est de sponsae parentibus. — 8. *disperato:* intellegendum est *desperato.* cfr. Astr. 95, 2 ἕξεις ἐλπίδα πίστεως et 78, 9 ἀπολυθήσῃ τῆς συνοχῆς ἐξ ἀνελπίστων.

de dodecadum XVII et XVIII statu uide praef. p. 2; numeri et primae quaeque litterae duae uel tres sunt in p. 294, ceterae in p. 275; apparet litteras quattuor primas singulorum uersuum ut eo loco positas, ubi membrana complicata est aliaque folia cum ea sunt consuta, admodum difficile legi posse.

XVII, 9. *scipulum* legere mihi uisus sum; sine dubio *periculum* scribendum est. — 11. *aes* aperte scriptum est nescio quo modo corruptum e *sed* (quaesitum est, num ratio reddenda sit, et respondet oraculum: 'reddenda est; si reddideris, lucraberis', quae sententiae alia quam aduersatiua particula coniungi uix possunt) cfr. Astr. 53, 9 δώσεις ἄρτι τοὺς λόγους σου καὶ ὠφεληθήσῃ. — 12. '*si . . licaueris* legi, potest esse *si*⌈*pub*⌋*licaveris,* quod proposuit Buechelerus, aut *si litigaueris* cfr. 23, 3. 29, 12.

XVIII, 1. *consules* pro *consulis.* — 3. cfr. cod. Mon. fol. 110r *VI. IV. I . . . securus esto.* — 4. ad *liberabitur* cogitatione supplendum est *non per libellum,* cfr. 6, 10; ad sententiam cfr. Astr. 6, 10 σωθήσῃ τῆς συκοφαντίας διὰ φίλου. — 5. cfr. Astr. 94, 2 ἀπολυθήσῃ τῆς συνοχῆς. —

VI no||n accipies contumeliam.
VII ha||bes iniuriam pati; obsêrua te | a p||ersonas inimicales. 15
VIII in || accusatione eris et sumtus | n⌊o⌉||n modicus, sed uinces.
VIIII n⌊o⌉||n sine causa accusaris.
X ac||cusaris; succure tibi. 20
XI n||oceberis quodcumque coe|pe||ris; itaque obserua te. ||

(*desunt ultimum responsum dodecadis XVIII, primum dodecadis XVIIII, quorum alterum in suprema p. 276 resectum est, alterum euanuit.*)

(*XVIIII*)

II . . . . | et gra . . . . p. 276
III . . . . | . . . .
IIII . . . . | 5
V ora deum ⌊ut liberetur de custodia,⌉ | de quo me consulis.
VI prop . . . .
VII accipies co⌊ntumeliam , ... 10
VIII . . . . | ris, non pote⌊ris
VIIII exsuperas de acc⌊usatione | sed . . . . . .
X sine de . . . . omniu . . . | habet causas . . . . . | cusatus est 15 sed . . .
XI accusa . . . . ||

(*desunt ultimum responsum dodecadis XVIIII et tres dodecades.*)

(*XX*)

I manumitteris, cum bene ser|uieris, sed cum controuersiam. p. 215
II aput personam dominicam ac|ceptus non es[t].

---

7. *habes* eodem fere sensu adhibitum est quo 29, 9. 50, 12 *in fatis habes*, uid. ind.; cfr. Astr. 1, 5 ἕξεις θάνατον ἰδεῖν κτλ. *obserua te a* cfr. ind. — 8. *sumtus* i. e. impensae in litem factae.

XVIIII. sententiarum 2—4 numeri paene soli legi possunt. — 5. de liberatione e custodia hoc responso agi demonstrant 20, 9. 21, 10, quibus comparatis restitutio dubia esse nequit. — 7. *co* supplendum est in *contumeliam* cfr. 20, 11. 21, 12; additum fortasse fuit *caue* uel simile aliquid. — 8. sic fere supplendum uidetur. ⌈*iniuriam patieris et ualde labora*⌋*bis*; *non pote*⌈*ris euadere*⌋; cfr. 18, 7. 20, 12; 23, 9; 23, 6. 24, 11. — 9. *am* legere mihi uisus sum; 18, 8 docet *acc*⌈*usatione*⌋ potius supplendum esse; cetera in dubio relinquenda; fortasse ⌈*tarde*⌋ *sed* ⌈*sumptibus fatigaris*⌋ cfr. 21, 6. 22, 7. — ad 10. et 11. non habeo quod proponam. initium responsi 10 uidetur esse *sine deo*.

XX, 2. *est* cod., *es* scribendum esse uidetur, si comparantur 21, 3.

5 III peruinces crimina.
IIII non poteris modo uincere.
V habebis litem; ut uincas eam deum ro⌊ga⌉.
VI uinces et aliam litem habebis.
VII obserua calumniam, quam pateri⌊s⌉.
10 VIII suspectus es; modo non calum|niaris; aliud age.
VIIII expendat denarios et libera|tur de custodia.
X demitteris et iterum alligaris.
15 XI caue tibi, ne accipias contumeliam.
XII per uerba iniuriam patieris.

(*XXI*)

I non habebis hereditatem matris tu⌊ae⌉.
II per amicum et actum tuum | manumitteris cito.
20 III licet irascaris, sed adrogans es; | ideo acceptus non es.
IIII crimen adinuenietur. ||
p. 216 V uinces et in plenius gaudeuis.
VI licet uinces litem per patronum | tarde, sed sumptibus fatigaris.
5 VII non uinces; sine causa laboras; | cautus esto, quia et turbaberis.
VIII noli timere; leuis erit calumnia, | quam pateris.
VIIII tu tibi molestus es; non calum|niaris in nullo.
10 X ora deum, ut liberetur de custodia, | quia quomodo intellego periclitatur.
XI dimitteris necesse est.
XII contumeliam patieris, sed non | ualde senties.

(*XXII*)

15 I patris hereditatem non habes.

22, 4. 24, 6. — 9. ***expendat denarios:*** corrumpat custodes; cfr. nostrum 'er lasse es sich etwas kosten'. — 10. ***demitteris*** cod. pro ***dimitteris***, ut scriptum est 21, 11.

XXI, 3. ***irascaris*** scilicet de responso; ad ***acceptus es*** cogitatione supplendum est 'apud personam dominicam'. — 4. oppositum est 20, 3 ***peruinces crimina.*** — 6. ***licet*** item cum indicatiuo coniungitur 29, 11; utroque loco sententia opposita incipit a ***sed*** coniunctione; ***licet*** igitur simpliciter pro 'quidem' positum est neque amplius respicitur in conformatione enuntiationum. cfr. Astr. 86, 8 νικήσεις τὴν δίκην, ἐὰν κάμῃς μέχρι τέλους. — 7. cfr. cod. Mon. f. 108r. *VI. V. V.* . . . . ***cautus esto.*** — 9. ***tu tibi molestus es*** idem significat ac 'non est cur timeas'.

XXII, 1. cfr. Astr. 68, 1 οὐ κληρονομήσεις τὸν πατέρα; ***habebis***

II eris heris, quia amaris a matre tua.
III securus esto; manumitteris et ha|bebis bonum fatum; sed serua omnia.
IIII persona domnica te adleuat, | sed non modo. 20
V non uinces modo crimina.
VI uinces sed cum magno labore.
VII uinces quidem litem, quam habes, || sed sumptibus fatigaris. p. 205
VIII uinces aduersarium paulo tardius.
VIIII noli uerere calumniam, quam pateri⌊s⌉.
X s . . . . . es . . . . tibi | . . . . l.acturus est. 5
XI tarde . . . sr . . . . ur de | ⌊custo⌉dia, quem consulis.
XII non magno tempore uincula patieri⌊s⌉ | hae⌊c

(XXIII)

I . . . . us sed fraude | . . . . a esto t⌊ut⌉us. 10
II noli offendere patrem tuum, | et heres eris.
III alium heredem facit mater tua, | et litigaueris ⌊multu⌉m. 15
IIII quid ad te? ma⌊numitter⌉is neces|se est cum legato.
V cum sint accept . . . . anti aput | personam domnicam, tu dubitas?
VI crimen habes; noli timere, euades. 20
VII uinces quidem illum, quem uis, | sed tarde.
VIII non uinces modo litem, quam habe⌊s⌉.
VIIII laborabis, sed non poteris uincer⌊e⌉. ||
X noli timere; deus auertit mala tua | et calumniam, quam pateris. p. 206
XI modo non timeas calumniam; | exsuperas in amicum.
XII liberabitur sine macula, de quo consulis. 5

erat 21, 1. — 2. *heris: heres.* — 10. de calumnia agebatur hac sententia, cfr. 20, 8. 21, 9 etc. *l. acturus* litterae ualde dubiae sunt. — 11. respondetur de nescio quo, qui liberabitur de custodia, cfr. 20, 9. 21, 10. initio sententiae cognosci putaui litteras *tarde . . . sr*, sed maxime incertae uidebantur *e sr;* sic fortasse locus est restituendus: *tarde ⌈quidem sed liberabit⌉ur de ⌊custo⌉dia, de quo consulis*, nam *quem* aperte corruptum est; cfr. 48, 8. — 12. quae secuta sint post *hae* conici nequit.

XXIII, 1. dicebatur aliquid de parentum hereditate, cfr. 24, 2. — 3. cfr. Astr. 70, 9 οὐ κληρονομήσεις τὴν μητέρα,· ἄλλῳ ἀπόκειται. — 4. de manumissione responderi nouimus ex 24, 5. 25, 10; cfr. Astr. 40, 8 ἐλευθερωθήσῃ μετὰ λεγάτου καλοῦ. — 5. *anti* litterae quam maxime dubiae. — 10. *mala tua*, cfr. *promissum tuum* 34, 9. — 11. *in amicum* pro *in amico.*

(XXIIII)

I multos habes et aduersarios.
II heres heris parentum; securus esto.
III tenebis hereditatem patris tui, | sed cum lite.
10 IIII amittis matris hereditatem | per homines malos.
V manumitteris necesse est; li|bertas tibi data est.
15 VI persona domnica nec amat te | nec odit te.
VII adinuenientur crimina.
VIII ad pactum uenies, nam non uinces.
VIIII uinces litem, sed tarde.
20 X et multum loqueris et non | uinces; modo conpescere.
XI non euades calumniam; caue tibi.
XII calumniam times; fatigaris, | sed noli tediare.

(*desunt dodecades quattuor et quattuor responsa dodecadis XXV.*)

(XXV)

p. 294 (*uersus primus plane euanuit.*)

⌊V eris h⌉eres amici tui.
⌊VI accipie⌋s et litem habebis.
5 ⌊VII⌉ ....heres parentibus. |....s non hereditaris modo |....ibus non potes.

XXIII, 2. *heris* pro *eris*; cfr. Astr. 45, 1 κληρονομήσεις τοὺς γονεῖς. — 8. *ad pactum uenies*, i. e. pacisceris cum aduersario. — 10. *conpescere* imperatiuus passiui mediali sensu; plane similis est locus Plaut. Bacch. 465, *conpesce in illum dicere iniuste*. cfr. Astr. 42, 1 = 95, 7 οὐ νικήσεις· σιώπα. — 12. cfr. Astr. 3, 2 ὑβρισθήσῃ, οὐ πάνυ δέ· μὴ λυποῦ.

de pagina 294 uide praef. p. 2. perierunt initio uersuum quinae ad septenas litterae, ut apparet ex 25, 10. 12. 26, 1. 5, ubi de supplementis dubitari nequit. numeri sententiarum utriusque dodecadis, si comparantur 24 et 27 ss. sine ulla dubitatione restitui possunt, quamquam paullulum turbatus est ordo; nam 25, 12 comparatum cum 24, 7, 25, 11 cum 24, 6 etc. demonstrant *heres amici tui* ad quintam huius dodecadis sententiam pertinere; item comparatis responsis 26, 1 cum 28, 7, 26, 2 cum 28, 8 etc. euincitur sententiam, in qua legitur *consequeris aliquid ab amico* quarti responsi partem esse; quinto igitur huius quoque dodecadis loco de amici hereditate dictum fuisse necesse est; responsum enim de ea datum excipit responsum de utilitate amici 27, 10. 29, 12.

XXV, 5. *eris h* sufficit ad explendam lacunam. — 6. de prima uoce dubitari potest, scripsi *accipie*⌋*s*; cfr. 24, 1. 27, 11. — 7. in aperto est negari parentum hereditatem, sed quomodo singula sint restituenda,

⌊VIII⌉ . . . . ur tibi pater tuus; facito | ⌊satis⌉, ut sis heres.
⌊VIIII obtin⌉ebis matris hereditatem.
⌊X non man⌉umitteris modo. 10
⌊XI⌉ . . . . esse potes circa ratio|⌊nem dom⌉nicam.
⌊XII euade⌉s crimina, quia uana sunt.

(XXVI)

⌊I non eris⌉ modo magistratus nec aedilis.
⌊II habes l⌉egatum certum; securus | ⌊esto; et q⌉uidem a 15 duobus, sed non | ⌊ab eo que⌉m speras.
⌊III amicus⌉ uenti animo te diligit ut de| . . . . ⌊n⌉oli neglegens esse.
⌊IIII stat fi⌉des; prode est tibi amicus | ⌊tuus⌉, et lucraris, quia 20 necesse | ⌊est co⌉nsequaris aliquid ab amico.
⌊V amici⌉ hereditatem obtinebis. ||

(*desunt septem responsa dodecadis XXVI, quattuor totae dodecades, octo et dimidium responsa dodecadis XXVII.*)

(XXVII)

amicus tuus; nihil consequeris ab ⌊illo⌉. p. 199

---

dubito. — 8. fortasse in priore uersu supplendum est ⌊*morit*⌉*ur* aut ⌊*irascit*⌉*ur*, in altero uix quidquam excidisse potest praeter *satis*; cfr. 16, 5. — 9. legi quidem *eris*, sed certum est supplementum ⌊*obtin*⌉*ebis*. cfr. Astr. 76, 1 = 4, 4 κληρονομήσεις τὴν μητέρα. — 10. cfr. Astr. 3, 1 οὐκ ἐλευθερωθήσῃ ἄρτι. — 11. de supplemento alterius uersus dubitari nequit; in priore fuisse potest *securus* uel similis notionis adiectiuum.

XXVI, 1. supplementum in aperto est; cfr. 30, 11. — 2. necesse est suppleatur uerbum; propter spatium de nullo alio cogitari potest quam *habes*, quod alibi cum *legatum* quidem non coniungitur, sed 22, 1 cum *hereditatem*. certum etiam est in u. 2 *esto;* dubitari potest de *et* coniunctione, quam inserui ante *quidem*. cum ante *speras* certo fuerit ⌊*que*⌉*m*, *ab eo* necessario requiritur. — 3. *amicus* olim exstitisse probant 28, 9. 29, 10; quid lateat in *uenti* litteris, quae exstare mihi uidebatur, ignoro. Buechelerus dubitat an omnia recte se habeant et *uenti animo* idem significet ac 'uentose, leuiter, ita ut non ei confidas'. lacuna aliqua cum probabilitate expleri nequit, cum ne *ut* quidem extra dubitationem sit. cfr. 29, 10. — 4. *stat fides* scripsi comparato loco 29, 3. cetera huius sententiae supplementa probantur responsis 27, 9. 28, 10. 29, 11. cfr. Firm. Mat. 3, 5, 4 *quicunque aliquid ab ipsis fuerit consecutus, ingratus illis semper existit.* — 5. de supplemento uide supra, ubi de numeris sententiarum disputaui.

XXVII, 9. sententia prioris uersus huius responsi dubia esse nequit, coll. 28, 10. 29, 11; de singulis uerbis nihil certi proferri potest. cfr. Astr.

X non possidebis amici tui heredit⌊atem⌉.
XI cum lite magna heres eris.
XII solidam hereditatem habiturus e⌊s⌉. ||

(XXVIII)

p. 200 I accipies quod promissum est.
u. 7 II inmittis odium bono tuo.
10 III et cum factus fueris decemprimus | displiceb⌊it tibi et fati⌉gaberis.
IIII curialis esse de⌊si⌉der⌊as⌉ . . . rias dif|ficilest . . . quod potes.
V eris praetor et . . . mnes humanus; | nam malos am . . . feliciter euenient.
15 VI amicus tuus aedilem te facit.
VII magis⌊tr⌉ati ge⌊stis⌉; assem non habes: | non tibi debetur honor hic.
VIII agoniari plus noli; tenebis tua; mul|tum pugnauis, ⌊ut⌉ l⌊egatum⌉ tuum accipias.

84, 1 = 64, 6 = 85, 8 = 26, 10 οὐχ ἕξεις ὠφέλειαν ἀπὸ τοῦ φίλου σου. — 10. cfr. Astr. 96, 1 = 99, 6 οὐ κληρονομήσεις τὸν φίλον. — 12. cfr. Astr. 1, 7 κληρονομήσεις μετὰ δίκης.

XXVIII. de hac dodecade hic inserenda uide praef. p. 7. — 2. cum in ceteris responsis ad eandem quaestionem pertinentibus de socio agatur, haec sententia nihil aliud significare potest, quam socium non esse adhibendum, ne odium atque inimicitiae immisceantur rei bene procedenti. — 3. de decemprimis u. p. 46 cfr. Firm. Mat. 3, 7, 11 *faciet quibus magnarum potestatum cura mandatur; interdum etiam nobilium ciuitatum faciet decemprimos*. *displicet* descripsi, sed ultimae litterae quam maxime dubiae, ut praeferendum esse putem *displicebit* respecto antecedente *fueris* et sequente . . . *gaberis*, quod procul dubio supplendum est ad *fatigaberis*, quamquam quarta ante *gaberis* littera *g* esse mihi uidebatur. quid in medio uersu exciderit, pro certo adfirmari nequit; cogitaui de *tibi et*. — 4. ad . . . *rias difficilest* cfr. 32, 9 item mutilatum. — 5. u. 1 *et*, u. 2 *osam* . . . *felicit* ualde dubia esse adnotaui. num u. 1 cum Buechelero supplendum est *et* ⌊*in o*⌉*mnes*? — 7. suppleui *gestis*, quamquam hoc uerbum cum accusatiuo solet construi, sed in libro tot continente graecismos facile potuit etiam genetiuum habere. — 8. cum de legato agi ceterae eiusdem seriei sententiae demonstrent, restitutio in aperto est. *agoniari* est graecum ἀγωνιᾶν, e latinis litteris mihi aliunde non notum; 'agonia' substantiuum hoc sensu adhibitum inuenitur in libris sacris et apud scriptores

VIIII amicus tuus s⌊incere te⌉ diligit; noli | post illum . . . . . ere. 20
X non est tibi utilis amicus, nec aliquid | inde consequeris; sine causa erubescis. ||

(*desunt duo ultima responsa*)

(*XXVIIII*)

I laboriosa tempora habuisti, | a modo meliora, habes quidem no|uissima bona, sed cum diuturno | et cum magno labore. p. 199 u. 5
II accipies, quod promissum est, ne|cesse est; et multum gratulauer⌊is⌉. 10
III societas incerta est et non stat fid⌊es⌉.
IIII eris decemprimus, sed tempore | interposito.
V ualde agoniaris; curialis eris; securu⌊s⌉.
VI sine causa circa patronos praecurr⌊is⌉ | quasi stultus; nam non eris praetor. 15
VII per aliqua persona poteris | esse aedilis.
VIII obserua res tuas; eris enim magis|tratus aut aedilis et damnum patier⌊is⌉. 20
VIIII in fatis habes accipere sed non | tota legata.
X amicus te in multum diligit, sed tu || circa eum neglegens es. p. 200 u. 1
XI licet multos amicos habes et ab e|is tibi promittitur, sed ab amico ni|hil consequeris; nemo tibi prode est.

---

ecclesiasticos, cfr. Rönsch p. 238. — 9. quod uerbum u. 2 desit, certo adfirmari nequit, cum ne prioris quidem uersus supplementum certum sit. cfr. 26, 3. 29, 10. — 10. paullo secretiora edit oraculum, nam cur quis erubescat siue utilis amicus siue non ei sit, haud facile quisquam perspiciet.

XXVIIII, 1. aliquatenus conferri possunt loci Firm. Mat. 3, 4, 4 *mediocres in substantia faciet homines et processu temporis etiam feliciores reddet*, et 5, 3 p. 124 *habebunt enim prima difficilia tempora*. — 4. cfr. Astr. 16, 7 = 2, 8 γενήσῃ δεκάπρωτος ταχέως. — 5. qui sint intellegendi curiales u. p. 46: in codice aperte scriptum est *cum aliis*, sed *curialis* firmatur consensu locorum 28, 4. 30, 8. 31, 9 etc. in fine sententiae deest *esto*, quod resecta membrana periit, si unquam scriptum fuit. — 6. sperauit qui adiit sortes, per patronos se esse impetraturum, ut praetor fieret. — 7. cfr. Firm. Mat. 5, 1 p. 120 *propter personam quandam*. — 8. *damnum patieris* sumptibus, qui magistratu exiguntur. cfr. cod. Mon. f. 114r. *V. IV. III. rem tuam custodi*. — 9. cfr. Astr. 25, 3 = 65, 7 = 73, 8: λήψῃ λεγᾶτον, ὀλίγον δέ et 7, 6 κληρονομήσεις, οὐ πάντα δέ. — 11. *licet*:

5 XII amici hereditatem habebis sed | . . nd . . . . e . litigabis. ||

(*desunt duae dodecades et quattuor responsa dodecadis XXX*)

(XXX)

p. 197 V accipies promissum; suspectus | esse noli nec tristari.

VI necesse est tibi socium habere.

5 VII officiosum te esse oportet, | si uis decemprimus esse.

VIII si uelis iam curialis esse; noli agoniar⌊i⌉.

VIIII luticarius es, dum nullo ualeat | ambitio tua; nam non eris pretor.

X aeris aedilis et amicos multos habeb⌊is⌉.

10 XI non eris modo magistratus nec aedil⌊is⌉.

XII accipies legatiuam non totam.

(*XXXI*)

I et si fugeris, prenderis.

II fugi; noli hic esse.

III non fuges; noli uereri.

15 IIII expedit discedere, quam nihil agas.

V tempus obserba malum; nam | posterior, si uixeris, melior tibi | eueniet et bona nouissima ha|bebis et prode tibi erit.

20 VI aliquantum promittit, sed plus | mentitur; noli omnia credere illi.

VII non expedit tibi socium habere.

p. 198 VIII decemprimus esse poteris, || sed inpediris a persona.

---

cfr. 21, 6. — legere me putaui initio u. 2 . *nd* . . . *e* sed ualde dubitans; exspectatur *tarde et de ea* (Buechelerus).

XXX, 5 *suspectus esse*: cfr. 12, 5. — 8. excidit *potes*, cfr. 31, 9. — 9. *luticarius* uocabulum adhuc ignotum, cohaerens ni fallor cum luto; sensus dubius esse nequit coll. 29, 6. — 10. *aeris* pro *eris*. — 12. *legatiuam* scilicet summam uel pecuniam; 'legatiuus' pro 'legato datus' rarum est; unum exemplum u. Orelli 3817.

XXXI, 1 ss. fugiendi uerbi formarum magna est uarietas, cum aliae tertiae, aliae quartae coniugationis esse uideantur, aliae cum nulla possint conciliari; cfr. ind. — 3. *noli uereri* sensu caret nisi antecedit *non fugiet*; tertia persona exstat etiam 33, 5, cetera eiusdem seriei responsa alteram exhibent; omnino in his sententiis de fugiendo, quae inter se excipiunt, multa mixta sunt. — 4. *discedere quam nihil agas* nihil est; *discedere* defenditur cognatis responsis, imprimis 35, 8. 36, 11. 37, 12; fortasse pro *quam* scribendum est *quia* et pro *agas ages*; miscentur enim futuri et coniunctiui

VIIII interest an uelis; nam curialis | esse potes, si uelles esse.
X tardum erit, ut sis pretor urbanus.
XI non eris aedilis. 5
XII ⌊dam⌉num patieris, ⌊se⌉d de magistr|⌊atu⌉ lucrum facis.

(*XXXII*)

I non ⌊inueniris modo⌉, s⌊ed⌉ alio tem|pore; ⌊no⌉n ⌊euade⌉s.
II si fug⌊eris⌉, celabitur fuga tua. 10
III facile euades in fuga.
IIII fugere cogitas, ⌊sed reue⌉r⌊teris⌉.
V non expedit esse domo.
VI non habebis nouissima bona.
VII noli . . . . ⌊es⌉se et accipies promissum. 15
VIII socium . . . . . . tte⌊re⌉ expedit tibi.
VIIII difficile p . . . iases . . . . . . bis in|stans ⌊decem⌉p⌊ri⌉m⌊u⌉s eris.
X licet in quam . . . . s conueni|as, non eris c⌊u⌉r⌊iali⌉s; 20 securus esto.
XI tardo erit, ut sis praetor urbanus.
XII aedilis modo non procedis. ||

---

praesentis formae. — 12. ⌊*dam*⌉*num:* pro *n li* me cognoscere putaui, sed ualde dubitans; ultima littera uersus *e* esse uidebatur. cum de magistratu agi propter cetera eiusdem seriei responsa necesse sit, post *t* autem una tantum littera secuta sit, cum ante *lucrum* trium sit spatium, sine dubio ita diuidendum est uocabulum, ut feci, quamquam similia non inueniuntur percurrenti hunc libellum; ad *lucrum facis de* cfr. 44, 7. 45, 8.

XXXII, 1. de inueniendo respondetur, ut apparet ex 33, 2 etc.; supplementa, quae proposui, pro lusu haberi uelim. — 4. *r* illa, quae sola legi potest, ad reuertendi uocabulum pertinere uidetur, cfr. 34, 6. — 6. cfr. Astr. 4, 1 οὐχ ἕξεις ἐσχάτην καλήν. — 7. quod adiectiuum interciderit, diiudicari nequit; cogitari potest de *neglegens*, *molestus*, *suspectus* similibus. — 8. uaria proponi possunt supplementa; constare mihi uidetur de dimittendo socio agi, siue iubetur siue uetatur dimittere, qui sortes consulit. — 9. priorem uersum sanare non possum, cfr. 28, 4; alter sine dubio est ⌊*decem*⌉*p*⌊*ri*⌉*m*⌊*us*⌉ *eris*, quamquam pro *eris* potius *eius* me legere putaui. — 10. *inqu* et *m* quam maxime sunt dubiae; finis sententiae facillime restituitur collatis eiusdem seriei responsis; cfr. Astr. 72, 1 οὐ γενήσῃ βουλευτής. — 11. cfr. 31, 10.

(*XXXIII*)

p. 191 I quidem fugire uult, sed in itinere ca⌊pietur⌉.
II non inueniris, noli suspicari.
III non celabitur fuga tua.
IIII fugire tibi non est datum.
5 V non fugit; noli suspectus esse.
VI non poteris ibi uibere.
VII multum laborasti, sed poste|riorem tempus meliorem tibi | futurum significat.
10 VIII satag⌊e⌉ . . . f . r . quod promissum est.
VIIII modo tibi . . . ē . . . societas.
X nominaueris, decemprimus eris.
XI eris curialis et honores insequ℞is.
XII iuuante domino eris praetor.

(*XXXIIII*)

15 I fugitibus ⌊modo cela⌉tu⌊r⌉ su⌊peri⌉orib⌊us⌉ | partibus, ⌊sed re⌉uenit tunc, qui fug⌊it⌉, | cum necessitate magna pati coepe⌊rit⌉.
II de quo consulis, fugire uult; | custodi eum.
20 III in dubio est uenire.
IIII periclitaueris in fuga.
V non facis ullo loco.
VI fugis; necesse est et iterum reuerte⌊ris⌉. ||

XXXIII, 1. *sed:* cfr. adn. 12, 5; ad *capietur* cfr. 38, 10. — 3. cfr. Astr. 29, 5 = 77, 8 οὐ λήσεταί σου ὁ δρασμός. — 8. fuit fortasse *satage ut accipias;* P enim in his litteris tam euanidis facile pro R haberi potest neque C et F nimis sunt dissimiles. — 9. quod uerbum exciderit, ignoro; supra *e* illam, quae una superest, lineola transuersa ducta esse mihi uidebatur.

XXXIIII, 1. ex altera parte sententiae cum appareat in priore dictum fuisse in praesens quidem latere fugitiuum, in hunc sensum uerba restitui, num omnia recte, adfirmare non possum. — 3. *uenire* corruptum est, de inueniendo enim agitur hac serie responsorum; utrum simpliciter pro *uenire* scribendum sit *inuenire*, an grauior lateat corruptela, in dubio est. — 4. *in fuga: in toga* legit Buechelerus, sed dubitari nequit de litteris et insuper locis 35, 5. 36, 6. 38, 8 demonstratur de fuga responderi. cfr. Firm. Mat. 3, 8, 12. *si fuerint in magnis negotiis positi . . , in quibus alii periclitentur.* — 5. cfr. quae Buechelerus ad hunc locum attulit.

VII cum litteris a forte. p. 192
VIII laborasti, sed tempus posterior me|lior est; uarietatem temporis habebis.
VIIII noli uereri; accipies promissum tuum.
X non expedit socium habere. 5
XI eris decemprimis post aliquod | temporis; modo non poteris.
XII eris c⌊u⌉rialis et multum laborabis; | necesse est ex cursus fatorum.

(*XXXV*)

I non est ibi fugitibus, in quo suspicaris. 10
II non potes⌊t⌉ latere, qui fugiuit; aut in|uenietur, aut siue reuertitur, sed tarde.
III uide quid agas, quia si fugerit, | non eum inuenies.
IIII derideris, nam modo inueniri non | poteris. aliut age. 15
V si fugeris, euadis pressura.
VI fugere tibi non expedit.
VII fugis sed non modo.
VIII non tam cito discedis. 20
VIIII bonum tempus tibi futurum significat.
X accipies promissum; quare tris|taris? sed non totum. ||

(*desunt duo responsa dodecadis XXXV, duae totae dodecades, quinque responsa dodecadis XXXVI.*)

(*XXXVI*)

VI si fugerit, non inuenitur; custodi eu⌊m⌉. p. 189
VII non inueniris; n⌊o⌉l⌊i u⌉ere⌊ri⌉.
VIII si fugis, celabitur fuga tua.
VIIII noli fugere ne ⌊peric⌉literis.

---

7. in codice sine dubio exstant litterae, quas supra exhibui; *a forte: aufer te* Buechelerus. — 8. *laborasti: liberasti* cod. — 11. lege *decemprimus.*

XXXV, 1. dubium est, utrum *in quo* dictum sit pro 'ubi' et referendum ad *ibi*, an pro *ibi tibi* potius sit legendum (cfr. e. g. 38, 6) et pronomen relatiuum hominem respiciat, cfr. 13, 6. 42, 10. sed 40, 12. — 2. *reuertitur* scilicet sua sponte; num quid huius notionis latet in *siue?* cfr. Astr. 53, 1 οὐχ εὑρήσεις τὸν φυγόντα. — 4. nunquam deridetur, qui inueniri nequit, sed qui non potest *inuenire*, quod quaerit. — 5. *pressura* est 'inopiam oppressionem' cfr. ind. — 8. cfr. Astr. 18, 9 οὐκ ἀποδημήσεις νῦν· περίμεινον.

5 X . . . .
XI non ⌊expedit tibi d⌉iscedere.
XII t . . . . rc . elios.

(*XXXVII*)

⌊I in quo suspectus es,⌉ non ipse tulit.
10 ⌊II⌉ . . . . le fatiga | . . . . ite

(*plane euanuerunt duo uersus*)

15 . . . . enies | . . . . . . p . g . ad . . | . . . . . . eni . . .
fugitib |
. . . . niri po . . . . . t aut in fis | . . . . . . fugiet |
20 . . . . nus alio | . . . . d . . . . . .
21 VIII si fu⌊gerit⌉, non inueniet⌊ur⌉; custodi e⌊um⌉.
VIIII non celatur fuga tua.
X si fugeris, ⌊pren⌉d⌊eri⌉s.
XI non es fugiturus; noli soniari. ||
p. 190 XII non constas; discedis necesse est.

(*XXXVIII*)

I modo quidem euades ualetudinem.
II non ipse tulit; quare innocentem incriminas?
III per indicium res tuas inuenies.
IIII inuenitur, quod periit, sed cum de|trimento, ut indicium promittas | et cum patientia et subtilitate quaeras.
V obserua, ne cum quaeris, captus penitearis.
10 VI sine causa suspicaris; non est tibi | fugitibus.
VII sollicitatus est, qui fugit; decipitur | ab eo et sic inuenietur cum detrimen|to et lite; nam mutauit regionem.

XXXVI, 10. respondebatur de fugiendo. — 11. cfr. 31, 4. — 12. de tempore aliquid edebatur, et uidetur *t* initio sententiae ad ipsum temporis uocabulum pertinuisse, plura dici nequeunt eo minus quod ultimarum litterarum lectio ualde est incerta.

XXXVII, 1. cfr. 39, 3. — quae restant ex responsis 2—7 ne distribui quidem possunt inter has sex sententias aliqua cum probabilitate. — 8. cfr. 36, 6. — 10. cfr. 31, 1; spatia bene quadrant ad hoc supplementum, licet alia multa possint cogitari. — 11. = 38, 11. — 12. cfr. Astr. 30, 7 οὐ μενεῖς ἀλλ' ἀπέρχῃ.

XXXVIII, 3. cfr. Astr. 45, 9. εὑρήσεις τὸ ἀπολόμενον νῦν· φρόντισον. — 4. *indicium* est praemium indicis: ita iam Cic. de off. 3, 20, 80, deinde iuris consulti. — 7. *ab eo* ad quem confugit; detrimentum et lis uero uix possunt oriri ei qui inuenitur, sed ei tantum qui quaerit, cum

VIII de quo consulis, fidelissimus est; noli uereri, non fugit. 15
VIIII non inueniris modo.
X si cucurreris in certe capieris.
XI non es fugiturus; noli soniari.
XII noli fugere neque te confundere.

(*XXXVIIII*)

I ac re uexaris, sed exsuperas. 20
II euades ualetudinem; quid times?
III in quo suspectus es, ipse tulit. ||

(*desunt nouem responsa dodecadis XXXVIII, quattuor totae dodecades, duo et dimidium responsa dodecadis XL.*)

(*XL*)

sed non eris plenus iuris studios⌊us⌉. p. 201
IIII stude, ut homo esse possis, non or⌊ator⌉.
V dubium est, de quo consulis; ora d⌊eum⌉.
VI exsuperas, sed diu infirmaris; | non liberaris infirmitate 5 ins | adhuc n . . mén.
VII ut careas ualetudinem, medicum | adhibe et ora deum.

---

maxime causa addita sit *nam mutauit regionem;* nam si qui fugit inuentus erit, semper punietur, siue in propria manserit regione, siue in aliam transmigrauerit; puto igitur ultima uerba ad quaerentem esse referenda, cui necessario, si fugitiuus longe profugit uel in alia regione celatur, quae aliis iudiciis magistratibusque subiecta est, maiores sumptus et ambages opus sunt. quae si recte disputata sunt, ante *cum* fortasse inserendum est *sed.* — 10. *in certe:* cum *incerte* pro '*fortasse*' inauditum sit, puto *in* additum esse *certe* aduerbio ut e. g. 13, 7 *in celerius,* 44, 1 *in plenius,* 47, 4 *in citius,* quamquam non plane eandem rem esse haud ignoro. — 11. = 37, 11. — 12. *te confundere* significari uidetur 'res tuas conturbare, periclitari'.

XXXVIIII, 1. *ac* pro *hac.* — 2. cfr. Astr. 100, 8 σωθήσῃ ἀσθενῶν· μὴ ἀγωνία.

XL, 3. infelici casu hae sententiae, quae respondent de studiis uitaeque condicionibus, maximam partem interierunt, et quae reliquae sunt, omnes fere ualde sunt mutilatae, ut de restitutione deficientibus similibus exemplis paene sit desperandum. ad usum adiectiui *plenus* cfr. 44, 1 *in plenius discere litteras.* — 4. sensus est: tantum abest ut orator fias, ut ne homo quidem utilis adhuc sis. — 6. cfr. Astr. 70, 1 σωθήσῃ τῆς ἀσθενείας σου· de ultimis uerbis non habeo, quod proferam; post *ins* fuisse uidetur *t* littera, u. 8 quam maxime dubiae sunt *c* et prior *n.* — 7. cfr. Firm. Mat. 4, 12 p. 100 *istas ualetudines uel dei alicuius praesidium uel*

VIII in quem suspicaris, manifeste ipse ⌊tulit⌉.
10 VIIII ⌊inuenies re⌉s tuas, quas perdidis⌊ti⌉.
X quod perdis, reperibis; aliut time.
XI quid defatigas? nihil ibi inuenies.
XII in quo suspicaris, ibi celatur fugiti⌊uus⌉.

(*XLI*)

I habebis litem, sed nihil est.
15 II agita causam tuam et uinces.
III ius dicis, l⌊onga⌉ est causa, deuinces | in nouissimum.
IIII omnia . . . . habes, | sed animus tuus denuntiabitur.
20 V si studeas, potes esse orator | non mediocris sed bonus.
VI exsuperas quidem, sed in⌊firmaris⌉.
p. 202 VII tu n⌊on⌉ laborabis ⌊longo tempore⌉ || et cito explicabis te de infirmitate.
⌊V⌉III in breui euades ualetudinem, quam pateris.
⌊V⌉IIII in quem suspicaris, insiste in eum, | quia per istum inuenies.
5 X p⌊erdis⌉ no⌊n⌉ to⌊t⌉um, et res tuas inuenies.
XI quod periit, inuenitur per indicem.
XII caute age et inuenies, quod quaeres.

---

solers medicina curabit. — 8. cfr. 39, 3. 42, 10. — 9. de inueniendo agi demonstrat 41, 10; de supplemento igitur nequit dubitari. — 11. notandum *defatigas* intransitiue adhibitum, nisi corrigendum est *te fatigas*.

XLI, 2. cfr. Astr. 94, 7 εἰπὲ τὴν δίκην· νικήσεις γάρ. — 3. *ius dicis* hoc loco nihil aliud esse potest quam 'causam dicis', cum ultimum enuntiatum de iudice cogitari uetet. — 4. cum 40, 3 item mutilum sit, 42, 5 plane euanuerit, cetera eiusdem quaestionis responsa cum totis foliis interierint, non habeo quomodo restituam uersum priorem. *animus* in his responsis adhibetur pro ingenio, indole, cfr. 44, 2. — 5. cfr. Firm. Mat. 3, 8, 12 *faciet doctos grammaticos oratores . . . aut qui orationis suae praesidio laborantibus soleant hominibus subuenire defendentes eos et a periculis liberantes.* — 7. legi *liberabis*, sed omnia incerta esse adnotaui; malim, cum liberandi notio sequatur u. 2. et his responsis agatur de ualetudine, *laborabis*, cfr. 42, 8. — 8. cfr. Astr. 39, 10 σωθήσῃ τῆς ἀσθενείας ταχέως· μόνον εὐθύμει. — 10. *perdis* suppleui coll. 40, 9, potuit etiam *periit* esse uel simile.

(*XLII*)

I noli uereri ⌊de h⌉ac causa aliquid; exsolueris.
II . . . . habebis litem.
III dicis causam leuiter. 10
IIII causam dicis et iuras pa . . es omnia | nec de hac causa . . .
V . . . . ^e^ris
VI s . . . . | 15
VII . . . . | . . . .
VIII ualde ⌊la⌉borabis, ⌊se⌉d exsuperas.
VIIII . . . . . . dast . . . . des operam.
X in quo suspicaris, ipse tulit sed cons | . . . . es 20
res tuas.
⌊XI⌉ . . . . ed . . . . ||

(*desunt responsum ultimum dodecadis XLII, nouem totae dodecades, septem responsa dodecadis XLIII*)

(*XLIII*)

VIII capitalem negotium habes, sed libe⌊raberis⌉. p. 187
VIIII in dubio eris, sed euadis.
X age causam et uinces.
XI noli uereri de hac causa aliquid; | exsolueris. 5
XII et si habes litem, nihil e⌊ri⌉t.

(*XLIIII*)

I non poteris in plenius discere litte⌊ras⌉.
II ad artificium non habet animus | filius tuus, sed operam
discat, | quia prode erit ei et datom illi est. 10
III accipies argentum si bonus argen⌊ta⌊riu⌉s uffe . . r .
n . . . . . ur.

XLII. 1 = 43, 11. — 2. neque ex 41, 1 neque ex 43, 12 quidquam possumus lucrari ad explendam priorem huius sententiae partem. — 4. *pa* . . *es* dubiae sunt litterae; cogitaui de *perdes;* tunc in altero uersu supplendum sit *lucraberis*, cfr. 44, 7. — 10. cum aliqua certitudine restitui nequit; *cons* potest fuisse *conscius*, utique responsum finitum esse uidetur uerbis *res tuas*.

XLIII, 9. cfr. 14, 12. — 11. = 42, 1.

XLIIII, 2. cfr. 45, 2, cuius responsi consensu prior uersus, ut traditur, defenditur; necesse igitur est scribere *filii tui*, nominatiuus fortasse eo explicatur, quod in sequentibus ipse filius subiectum est. *opera* artificio opposita nihil nisi uilius quaestus genus significare potest. *datom* pro *datum;* cfr. 33, 4. — 3. initio u. 2 sine dubio *argentarius* supplendum

IIII aquam cum u . . . . ⌊ue⌉|neficium datum est
s . . . . h.

15 V tu da litteras pe . . tiag . . . . ⌊i⌉npetras.

VI iniuriam pateris de stationem, | quam cupis.

VII in periculum putas ne⌊copi⌉num | te uenire; caute age et
20 cum gaudio | lucraris de re periculosa.

VIII non poteris l⌊iberari⌉ de periculo.

VIIII capitalem negotium habes; non li|bera⌊ris⌉ . . . . ||
p. 188 aut certe fugeris.

⌊X⌉ succurre tibi; accusaris de causa periculosa.

⌊XI⌉ laborabis ualde sed euadis.

5 ⌊XI⌉I grauem causam habes, sollicitus esto, | ne contra te sen-
t⌊en⌉t⌊i⌉a fera⌊tur⌉.

(*XLV*)

⌊I⌉ noli tristari . . . . . . enti . . cap . dit.

⌊II⌉ ad litteras non habet ⌊ani⌉m⌊u⌉s tuus.

⌊II⌉I poterit artem dis⌊ce⌉r⌊e fi⌉lius tuus l . . . at.

10 ⌊II⌉II licet habeas inuidos, ⌊ac⌉cipies | argentum; n⌊o⌉l⌊i ago-
niari⌉.

⌊V⌉ quam . . . . non | putas differt.

⌊V⌉I qu . . . . . strad . . . . . . a . . . | l . . . . . . t . . . pro-
15 derunt tibi; nam | p . . . . . . s quod cupis.

---

est, de ceteris quid sit faciendum nescio. — 4. agitur de remediis a ueneficato adhibendis; cogitari potest de tali supplemento: ***aquam cum uino adhibe, qui atibi ueneficium datum est; succurre tibi.*** cfr. 47, 9. 48, 10. — 5. dubiae sunt litterae *ia;* medelam loci non habeo. — 6. ***statio*** est 'munus, dignitas.' — 7. dubitans suppleui ***necopinum,*** quod a sententia non abhorret et bene quadrat ad ambitum lacunae. — 8. cfr. 45, 9. — 9. u. 2 in imo margine positus praeter pauca litterarum ***bera*** uestigia totus resectus est; sententia haec fere fuisse potest; ***non libera⌊ris; interficiaris necesse est⌉ aut certe fugeris.*** — 10. cfr. Astr. 76, 6 κινδυνεύσεις ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ.

XLV, 1. quid fuerit in altera responsi parte, cum desint ceterae sententiae ad eandem quaestionem pertinentes, dici nequit; ultimum uerbum fuisse *expedit* coniecit Buechelerus. — 2. fortasse ad hunc usum uerbi habendi comparanda sunt graeca uelut ὁδοὶ ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἔχουσαι Herod. 1, 180 cfr. 2, 17, ut significet 'tendere ad'. — 3. ultimae litterae plane dubiae sunt, fortasse *facile.* — 4. timendi uerbum in fine sententiae interiit, proposui *agoniari.* — 5. coll. 44, 4 de ueneficio actum fuisse intellegitur. — 6. *l* initio u. 2 ad *l⌊itterae⌉* pertinere uidetur, quarum mentio-

⌊V⌉II quod . . . . . do . i . ped . . s; accipies | stationem.
⌊V⌉III quod ⌊assem⌉ non habes, nihil est quod | timeas; negotia l . . . nis habebis; lucrum | certum scito tibi de re 20 periculosa.
⌊V⌉IIII liberatur de periculo, de quo consulis.
X causa capitalis; difficile liberabitur.
⌊XI⌉ . . . . lucraris. ||

(*desunt plus undecim dodecades cfr. praef.*)

(*XLVI*)

(*desunt octo responsa*)

VIIII in domo quam t⌊ene⌉s, multos inim⌊i⌉|cos habes, et uerere, p. 208 ne te effugen⌊t⌉.
X quid suspicaris, dum domus tua | non sit obligata?
XI domus, in qua uis manere, mane, | quia utilis tutela est. 5
XII bonam tutelam ⌊hab⌉et domus; | quid uereris?

(*XLVII*)

I uix expedies, quod cogitas.
II incipe, quia et tempus est. 10
III si laborare potueris, perficies quod u⌊is⌉.
IIII quod fabricare cogitas, in citius cadet.
V tu mallis a corpore curari | quam secari.
VI modo non expedit secari. 15
VII curari quidem ad tempus poteris.
VIII obligatus non es, sed temporis | beneficio imp . . . .
VIIII sucurre tibi, quia medicamentatus ⌊es⌉.

---

nem factam esse apparet ex 44, 5; u. 3 *p⌊erficie⌉s* supplendum esse puto, cetera in dubio relinquo. — 7. omnia fere dubia sunt; cogitaui de *quid ⌊times?⌉ no⌊n⌉ i⌊n⌉ped⌊iri⌉s; accipies stationem.* — 8. u. 1 *assem* suppleui coll. 28, 7; qualia negotia promittantur, nescio, non spero de *l⌊eno⌉nis* dictum fuisse. — 11. de accusatione agebatur.

XLVI, 10. obligata esse potest domus aut propter aes alienum aut propter deuotionem. — 11. structura paullo laxior, sed nihil mutandum. — 12. cfr. 47, 12.

XLVII, 1. cfr. Astr. 2, 10 οὐκ ἀπαρτίσεις ὃ ἐνθυμῇ· μὴ προσδόκα. — 2. cfr. cod. Mon. fol. 108u *VI. V. III. iam nunc incipe ut perficies, quod desideras.* — 4. *in citius cadet* i. e. non diu manebit. — 5. opposita sunt *curare* i. e. medicina sanare, et *secare* i. e. scalpello sanare; ad *a corpore* cfr. *ab oculis dolere* similia Plaut. Cist. 1, 1, 62. — 8. *mp* u. 2 quam maxime dubiae sunt. — 9. *medicamentare* aliunde non notum;

20 X remediis tibi tuendum est, si uis | non fugari de domo.
XI noli soniari, quia non est obligata | domus tua. ||
p. 204 XII domus, in qua uis manere, utilis est | et utilem habet tutelam; quid uereris?

(*XLVIII*)

I noli petere modo conmeatum, ne pae|niteat te petisse;
5 aut enim cum pericu|lo tuo erit, aut magno tibi constabit, | quia uix poteris accipere commeatum.
II si quid cogitas, expedies cito.
III quid est incipio an uelis incipe nunc.
IIII deum roga, ut possis perficere, quod uis.
10 V cum tempus habes, fabrica.
VI sine nullo periculo curaberis, | si sectus fueris.
VII non expedit secari.
VIII tarde quidem, sed curari poteris.
15 VIIII non es maleficatus, sed magis es | subiectus.
X succurre tibi, quia a muliere | medicamentatus es.
XI fugari non potes de domo, in qua moraris.
20 XII succurre tibi, quia obligata est | domus tua.

(*XLVIIII*)

I noli ponere sponsionem, quia haec ||

(*desunt undecim responsa et dimidium dodecadis* XLVIIII *et plus undecim dodecades.*)

(*L*)

(*desunt quinque responsa.*)

p. 217 VI inter uos patienter agite; quid | uobis cum iudice?

---

significatio eadem est ac maleficandi 48, 9. cfr. Astr. 12, 1. πεφαρμάκευσαι· σεαυτῷ βοήθει. — 10. cfr. Astr. quaest. 86. εἰ φυγαδευθήσομαι.

XLVIII, 1. enuntiatum causale solum pertinet ad *magno tibi constabit.* — 3. corrupta uerba, quae in ordinem redigi sine libidine non possunt; pro *incipio* requiri *interest* monet Buechelerus. — 4. *ut:* cod. *et.* cfr. cod. Mon. 112u. *V. V. V. dominum roga, ut peruenies ad desiderium tuum.* — 5. cfr. cod. Mon. 106u *VI. VI. IV. tempta infinire, dum tempus datur.* — 6. nota duplicatam negationem, cfr. 21, 9; ad sententiam cfr. Firm. Mat. 7, 27 p. 209 *secti ferro ab ista aegritudine liberantur.* — 9. *maleficare* 'fascinare'; *maleficia* hoc sensu iam Tac. ann. 2, 69, *maleficus* 'magus' u. Rönsch. p. 316 s. *magis* datiuus est.

VII festina celerius ne incipiant | filii tui alio seruire.
VIII post modicum tempus uidebis | parentes tuos. 5
VIIII parum ages in ciuitate.
X si instans, consequeris honores, | sed et infamaueris.
XI bene tibi est; ut quid patriam | tuam desideras? 10
XII habes in fatis patriam tuam uidere.

(*LI*)

I succurre tibi, ne praesignentur | bona tua.
II liberaberis a fisco, sed per amicum tuum. 15
III salua est fortuna tua, sed non tota.
IIII uix consequeris obsonium | quem uis accipere.
V accipies salarium in perpetuo.
VI accipies pignus, sed non cum inuidia. 20
VII adi iudicem, quia expedit tibi.
VIII filii tui te desiderant, et tu ad illos | festina et uidebis filios tuos in sit . . . ||
VIIII si no . . . . cum gloria redis | ad tuos ⌊parentes⌉. p. 218
X non . . . .
XI nunc fac age periculum f . . tis cordis | guuernaris. 5
XII et si reuerteris, non constas | in patr⌊ia⌉m tuam.

(*LII*)

I in dubio est fortuna tua.
II quid ad te? non proscribuntur | bona tua; noli acidiari. 10

L, 7. *alio* datiuus est. — 10. *instans* pro *instas* cfr. e. g. eph. epigr. V n. 454; ad sententiam cfr. Firm. Mat. 3, 7, 5 *augmenta uitae promotionesque sed cum maxima largitur infamia.* — 12. cfr. Astr. 2, 9 ἕξεις τὴν πατρίδα ἰδεῖν μετὰ χρόνου.

LI, 2. *a fisco* i. e. a poena fisco soluenda. — 4. *obsonium:* Polybius latinum 'salarium, stipendium' exprimere solet per ὀψώνιον. hic quid intersit inter obsonium et salarium, docet glossa Cyrilli ὀψώνιον *obsonium diarium.* — 6. cfr. Astr. 55, 8 ἀπολήψῃ τὴν παρακαταθήκην ἀκινδύνως. — 8. u. 2 per medias litteras absectus est, ultimae litterae certo cognosci non possunt, fortasse *in citius.* — 9. de reditu ad parentes agitur; cetera incerta sunt. — 11. praeter *nunc* et *dis* omnia sunt dubia.

LII, 2. *acidiari* probabiliter pro *acediari* 'aegre ferre, tristari'. exempla u. Rönsch. p. 252. dubitari tamen potest, an diuersa sint uerba acidiari et acediari; in Vulgata enim Sirac. 4, 9 ὀλιγοψυχεῖν exprimitur per 'acide ferre'; possit igitur fortasse 'acidiari' cohaerere cum 'acidus' adiectiuo. cfr. Astr. 26, 3 οὐ προσγραφήσεται τὰ σά· μὴ μερίμνα et Firm. 3, 5, 8

III caue te, quia f[ugit]; custodiendus est.
IIII non est salua fortuna tua.
V non accipies modo obsonium.
VI non accipies modo salarium.
15 VII iuste accipies pignus; noli uereri.
VIII adi iudicem, et optinebis omnia, | quae cupis.
VIIII de sonio liberaris et deo adiuuante | ad filios tuos reue[r]teris salu]us.
20 X cum gloria redies ad tuos parentes.
XI facit ad actum ciuitas, sed inuidiam | habebis.
XII . . . . ||

---

eis qui habent patrimonium misera facit proscriptione mutari et 3, 7, 4 *faciet frequenter ob adulteria et propter malas administrationes uel publicas uel priuatas proscribi.* — 3. cfr. 34, 2. 36, 6. 37, 8. — 5. cfr. Astr. 84, 4 οὐ λήψῃ ὀψώνιον ἄρτι. — 9. de *sonio* cfr. adn. 12, 11. *saluus* similiter adhibetur 18, 2. — 11. *facit ad actum ciuitas* fortasse significat 'apta est ciuitas (magistratui, iudici, oratori) ad actum' (forensem, negotiorum, rerum publicarum) cfr. 50, 9.

Exsistit quaestio, num quid possit effici de tempore, quo hae sortes conscriptae sint. posteriores eas non esse saeculo sexto formae litterarum, quibus exaratus est codex, demonstrant; contra cum aperte sint christianae, quamuis multa non bene congruant cum praeceptis religionis christianae, ante alterum post Christum natum saeculum ortae esse non possunt. ad definiendam accuratius aetatem praeter sermonem — quem quantum ualere arbitrer ad hanc quaestionem soluendam, postea exponam — sola praesto sunt auxilia pauca illa responsa, quibus agitur de magistratibus similibusque muneribus; cetera omnia eiusmodi sunt, ut per totum quod supra circumscripsi temporis spatium responderi potuerint.

Et primum quidem occurrit praetor, qui 31, 10 et 32, 11 accuratius etiam nominatur praetor urbanus. praeturam uero urbanam a Constantino instauratam esse notum est, et Symmachi testimonio (ep. 7, 1. cfr. Clason, Heidelb. Jahrbb. 1872 p. 574 s.) circa annum 400 etiam exstitisse compertum habemus. nihil igitur ex eius oommemoratione lucramur; nam illud quoque, ut qui praeturam appetebat, potentium amicorum peteret auxilium (29, 6) quam diu petebetur praetura, semper factum esse puto.

Plus efficitur ex eo, quod aediles etiam illo tempore, quo sortes nostrae compositae sunt, munere fungebantur. a Seuero Alexandro aedilitatem e cursu honorum esse sublatam testatur Lampridius (uit. Alex. c. 43), neque postea huius magistratus Romae inueniuntur uestigia (cfr. Mommsen, Röm. Staatsrecht II, 1, 510). at cogitari potest de aedilibus coloniarum municipiorumque, qui magistratus in Africa prouincia Valentiniani aetate nondum aboleuerat (Ammian. Marc. 28, 6, 11). minime uero probabile est de his potissimum aedilibus agi. obseruamus per totam sortium collectionem sententias similis argumenti inter se excipere; subsecuntur autem inter se responsa de decemprimo, curiali, praetore, aedili; praetor est magistratus urbanus, curialis

sine dubio ad municipia ceterasque prouinciarum urbes oppidaque spectat, eodem pertinet decemprimus; nam cum curialis praetor aedilis ciuiles sint magistratus, decemprimus non militaris est intellegendus sed item ciuilis, tales uero decemprimi Romae non inueniuntur sed in prouinciis tantum. num igitur ueri simile est primum de magistratibus agi, quales exstant in prouinciis, deinde de Romano, deinde rursus de prouinciali? non multum tribuerem huic ratiocinationi, nisi alia accederent. si de Romanis aedilibus agitur illis sententiis, non multo post annum 200 ortae esse possunt; idem fere tempus commendatur ea ratione, qua de curialibus et decemprimis respondetur. desiderat is, qui sortes consulit, curialis et decemprimus esse (28, 4. 30, 7. 8), pro honore igitur habet haec munera. saeculo quarto uix quisquam curialis esse optabat: uide Cod. Theodos. XII, 1. mutationem autem, qua ex honorifico ciuitatis munere onus illud fere intolerabile fiebat, quod uel pro poena alicui posset imponi, factam esse ueri simile est temporibus Septimi Seueri et Caracallae (Marquardt, Röm. Staatsverwaltung 1, 196 n. 1). circa eandem igitur aetatem et aediles magistratu fungi desierunt, et curialium munus funditus mutatum est; in sortibus uero nostris et aediles commemorantur et pristinus curiarum status respicitur. itaque non sine probabilitate me contendere puto sortium Sangallensium collectionem circa annum 200 ortam esse; nam ne antiquiorem eam putemus, impediunt sententiae christianae.

Sermo uero sortium num is est, quem pro illa aetate exspectemus? uereor ne qui libellum inspexerit, multo inferiori tempori eum tribuat propter sermonem. Sed in hoc potissimum litterarum genere tam facile fieri potuit, ut posteriores librarii alia et recentia adveherent, ut de tempore, quo primum compositus sit libellus, nihil fere ex eo effici possit. neque uero tantum quantum primo obtutu uidetur sermonem pugnare puto cum eo, quod pauca illa indicia de origine harum sortium suadebant. nam mirum quantum congruit cum sermone qui inuenitur apud scriptores ecclesiasticos saeculorum tertii ad quintum, et maxime cum reliquiis uersionum librorum sanctorum ante Hieronymum factarum. iam uero hoc genus sermonis non tale est, quale unquam cotidiana conuersatio usurpauit, sed mixtum ex sermone rustico et plurimis graecismis, qui in uersione accurata uitari omnino non potuerint. uix autem quisquam credet eum qui sor-

tes nostras composuit, consulto imitatum esse genus dicendi sanctorum librorum christianorum; immo inde similitudinem esse explicandam apparet, quod similis sit origo: sortes quoque ex graeca lingua in latinam translatae sunt, et cum non tam nobilissimis uiris quam hominibus inferioris ordinis destinatae essent, translatae sunt in sermonem rusticum. ita etiam facillime explicatur, quod 20, 9 denariorum mentio fit, aperte ut eius nummorum generis, quod quam maxime sit uulgare, cum aureos exspectes aut sestertios: denarii sunt δραχμαί, quae per totam orientalem partem imperii semper fuerunt nummi usitatissimi.

Si uero recta est haec sermonis explicatio, quam nihil ualeat ille ad definiendam sortium aetatem in aperto est: si graeca in latinam linguam uulgarem uertebantur, semper talis sermo exsistere potuit uel post maiora illa opera uel ipso eorum tempore uel antea; quin huius modi litteris putandum est primum talem sermonem adhibitum esse; certe normae sumptae a libris hominum non illitteratorum non quadrant in has infimi generis γοητείας.

Accuratius autem genus dicendi persequi conabor sub forma indicis uerborum formarum structurarum minus usitatarum.

INDEX.

ablatiuus pro locatiuo: domo esse 32, 5.

accusatiuus pro ablatiuo: careas ualetudinem 40, 7.

actiua, passiua, deponentia: uide s. u. calumniari, conpescere, litigabis, lucrare, paenitet.

adsimilatio praepositionum: adrogans 21, 3. — conmeatus 48, 1. commeatus 48, 1, conpescere 24, 10. conplet 8, 3. conponas 4, 8. — inmittis 28, 2. inportunus 4, 9 inpostor 8, 7.

ae *et* e: aeris 30, 10. maereris 18, 3. fatuę 7, 1. — lederis 12, 1. peniteat 12, 1. penitearis 16, 9. 38, 5. prestes 16, 5. pretor 30, 9. tediare 24, 12.

alio *dat.* 50, 7.

b *et* u: fugitibus 34, 1. 35, 1. 37, p. 189, 15. 38, 6. iubante 8, 12. 9, 10. obserba 31, 5. uibere 33, 6. uibis 12, 9. — adfiliauit 9, 3. donauit 8, 3. gaudeuis 5, 12. 21, 5. gloriaueris 9, 10. gratulaueris 2, 2. 8, 9. 29, 2. infamaueris 50, 10. litigaueris 23, 3. lucraueris 17, 11 lucrauis 9, 12. 14, 9. nominaueris 33, 10. periclitaueris 34, 4. pugnauis 28, 8. saluuerrima 16, 2.

-bt: obtinere 1, 10. 4, 8. 6, 10. 7, 11. 10, 2. 26, 5. optinere 2, 6. 12. 3, 7. 5, 9. 8, 12. 52, 8.

coniugatio: redies 7, 4. reperibis 40, 10. — fugere 35, 6. 36, 9. 38, 12. fugire 33, 1. 4. fugi 31, 2. fugiuit 35, 2. fuges 31, 3 (*cfr. Rönsch p. 285. Prob. inst. art. p. 185, 20 K.*) susciperis 2, 11.

d *et* t: aliud 20, 8. aliut 1, 11. 35, 4. 40, 10. aput 20, 2. 23, 5.

e *et* i. consules 18, 1. demitteris 20, 10. uoli uerere 22, 9. — acidiari (?) 52, 2. disperato 16, 8. euadis 43, 9. heris 22, 2. pendit 2, 8. reuertitur 35, 2. uadis 4, 12. uibis 12, 9. uiuis 12, 7.

geminatio consonantium: mallis 47, 5.

genera permutata: capitalem negotium 43, 8. 44, 9. obsonium quem 51, 4. uisum utilem 2, 5. 8, 11. — tempus posterior melior 31, 5. 34, 8. posteriorem tempus meliorem 33, 7.

h *adiecta in principio uocabuli:* heris 24, 2; *omissa:* ac re 39, 1.

heteroclita: fantasmatae 3, 6. fructi 2, 9. 4, 11. 5, 12. magistrati 28, 7. istum *neutr.* 4, 7.

m in fina omissa: uita habebis bona 4, 6. bona uita habeas 8, 10. uita concedat 9, 11. anima tua com-

mendes 7, 9. obserua hora mala 8, 11. dimittere persona 12, 11. per aliqua persona 29, 7. euadis pressura 35, 5. hunc annu 2, 9. uade in expeditione 6, 4 (*cfr.* 8, 6). necessitate magna pati 34, 1. grande tumultum significat (?) 15, 1.

modi: cum uita restat 2, 4. cum uita habebis 4, 6.

n *inserta:* instans 50, 10.

necesse est *c. fut.* 18, 1. 29, 2. *c. ind. praes.* 37, 12. *diiudicari nequit, utrum tempus sit fut. an ind. praes.* 21, 11. 23, 4. 24, 5. 26, 4. 34, 6.

negatio duplex: sine nullo periculo 48, 6. non calumniaris in nullo 21, 9.

o *et* u: datom 44, 2.

p *omissa ante* t: sumtus 18, 8; *sed* sumptibus 21, 6. 22, 7 *al.*

praepositiones cum casibus non suis (*cfr.* m *omissa*): a personas inimicales 18, 7. — cum hereditatem 7, 10. cum controuersiam 20, 1. — de stationem 44, 6. — ex cursus 34, 12. — in laqueo incidas 4, 7. in aliquo damno incurras 5, 8. in quo suspicaris 13, 6. 42, 10. constas in patriam tuam 51, 12.

quidem *primo loco positum* 33, 1.

s *omissa post* x: expoliet 7, 1; *sed* exsuperare 19, 9. 23, 11 *al.*

Antiquissimae huic sortium latinarum collectioni non sine fructu subici puto unam ex recentissimis, alearum sortes codicis Monacensis 14846, quarum iam supra p. 12 et passim in adnotationibus mentionem feci. unam ex recentissimis eam dico, non quo putem similia non contineri in libris manu scriptis aetatis posterioris — saeculo X uel XI codex ille Monacensis scriptus est —, sed quia tam futtiles in ea inueniuntur sententiarum antiquitus traditarum reliquiae, ut dubium esse non possit, quin in fine seriei eiusmodi litterarum hae sortes sint ponendae.

Locos, quibus seruatur uetus genus dicendi, quale in sortibus Sangallensibus usitatum est, ex adnotationibus his additis repetere possum supersedere; contra monendum est haud paucarum sententiarum imaginumque adhibitarum consensu artissime conecti sortes Monacenses cum sortibus, et ipsis alearum, quae ex schedis Petri Pithoei editae sunt in editione Parisina anni 1687 Codicis Canonum Ecclesiae Romanae a Francisco Pithoeo restituti p. 170 ss.[1], quarum simillimas contineri in codice Matritensi bibl. nat. L 95 saeculo X in Germania scripto docemur a G. Loewe[2]. singulis sortibus Monacensibus adiciam Pithoeanas, ubi ita illis respondent, ut aut conexus, qui est inter utramque collectionem, clare illustretur aut comparatione instituta demonstretur ratio, qua sanandae sint sortes Monacenses miserrime traditae.

Ita enim hae saepe sunt deformatae, ut intellegi plane nequeant, neque huius rei culpa soli librarii festinationi tribuenda est, sed multum etiam ad eam contulisse uidetur mira illa harum

[1] Non intellexisse uidetur Pithoeus harum sortium rationem, cum numeros, quibus significantur uarii alearum iactus, non tam in initio sententiarum quam in fine antecedentium poneret; neque magis eam perspexit, qui collectionem Pithoeanam iterum typis exprimendam curauit una cum sortibus persimilibus lingua prouinciali scriptis, F. Rocquain, Bibl. de l'école des chartes XLI (1880) p. 457 ss., uide maxime p. 463.

[2] Sitzungsber. d. k. Akad. der Wiss. Wien. phil.-hist. Cl. CXIII (1886) p. 234 ss. non eandem esse collectionem ac Pithoeanam contendit Loewe, quae profert specimina ad uerbum fere consentiunt cum illa.

sortium permixtio cum sortibus 'per litteras', de qua uide Thurneysenum Sitzungsber. d. Münchn. Akad. phil.-hist. Cl. 1885 p. 90 ss. nam non solum huius quoque collectionis responsis maximam partem litterae praescriptae sunt, ut et ipsa per litteras possint adhiberi, sed etiam duobus certe locis hodieque demonstrari potest ex altera illa in nostram irrepsisse sententias: V. V. I. *haec littera prohibent te*, III. I. I. *haec littera prohibet etc.*, neque scio an eodem pertineat VI. I. I. *cui tenetur liber;* quam multis aliis locis similia acciderint, iam effici nequit.

In edendis sortibus Monacensibus eam secutus sum rationem, ut simpliciter quales traditae sunt typis exprimendas curarem; diuinando enim restitui ita, ut quid olim scriptum fuerit pro certo adfirmetur, nequeunt praeter eos locos, quibuscum similia aliarum collectionum comparari possunt; quod ubi licet, tam aperta est res, ut nemo emendationem non sit inuenturus; contra ceteris locis ualde timendum est, ne corrigendo genuinae scripturae uestigia prorsus tollantur.

fol. 106u 1. VIIII. V. (*lege* VI. VI. V) cautus tuus firmus sit, ut possis peruenire ad quod speras.

2. VI. VI. IIII. recte quod cogitas; noli timere; tenebis quod desideras et possideris (b *supra* r *scripsit* m_2) illud quod optas. tempta infinire, dum tempus datur.

3. o. VI. VI. III. fortitudinis accede animo et contine benitas. nunc ingredieris; tibi deus adiutor tuus; quod postulas, eueniat tibi cum gaudio magno.

4. u. III. III. II. (*lege* VI. VI. II.) de hac re gaudebis et collegis fructum desiderii tui, sicut gaudet piscator, qui detulit praedam magnam, et habebis concordiam et spem bonam.

---

1. *Pith.* C. C. V. de quo consulis animus tuus sit sicut speras, ut possis pertingere ad quod desideras. *cfr. Matrit.* C. C. V. de quo consulis animus tuus firmus sit, ut sicut speras possis peruenire ad quod desideras.

3. *Pith.* C. C. I. quod postulas nunc ita ueniet cum magno gaudio; securus esto; deum roga et noli timere.

4. *Pith.* C. C. III. dexteram tuam porrige et habebis concordiam et spem bonam et pauperibus tribue. III. III. I. in quo speras pisces latent, et tu laetus capies eos: sic animus tuus dubius esse uidetur, et tamen facile dono dei accipies, si deum rogaueris.

5. VI. VI. I. incredibiles es; non oportet; noceris autem; hec enim res de qua cogitas, caue ne depiaris. sors iubet te fugere; reuersus esto ab hoc consilio, quia multi serpentes ualidi latent. —

6. VI. V. V. cautus esto atque nimium tementam bonita- fol. 108r tem tibi adfert et damnum fueris, nisi cautus es. tantum certa uia est querere et quae petis et noli timere, quia peruenies locum quem desideras et deus in adiutorium erit tibi, si cautus fueris; sin autem

7. h. VI. V. IIII. illum magis retinere, quod tibi sompnum habes praesentem tractatum transiat. si quo modo uolueris, postea incipies poeniteri; nam que consules, in tua potestate non est. pro enne inueniamini, quod magnum tibi uidetur, iam

8. l. VI. V. III. caue | ne dubites; iam nunc incipe et per- fol. 108u ficies quod desideras et peruenies ad in manibus tuis quod dubius esse; quod speras a te omiti non debet quod perueniet.

9. n. VI. V. II. totus animus tuus in uario cogitatu, sed caue tibi, ne sudore et labore perficies uel suis; ad quod desideras si possis.

10. m. VI. V. I. est recte quod cogitas; quod nunc incipe consules, cautum uide et fac magis quam queris, quam in tua potestate gaudebis. —

11. g. VI. IIII. IIII. lingue blande loquitur; non serit .. es fol. 109u uerbi oris, ne captus postea penitueris; recessus est ab hoc consilio.

12. c. VI. IIII. III. non est tempus fatiendi huis rei; properare caue nec procesum habes; omittas; posterior ibi fructus

---

5. *Pith.* V. IIII. IIII. in siluam te mittere quaeris, ubi nullam semitam inuenies et multae serpentes ualidae latent; et ideo moneo te uitam tuam decipiaris, decipiaris dum non putas. *Sort. provinc.* (*ed. Rocquain l. l.*) *sententiae 25, quae eandem continet imaginem, finis est:* per aiso sias mudatz e departitz d'aquest coceil.

6. *Pith.* C. V. V. est uia recta quam tu petis; noli timere; deus tibi in adiutorium erit et peruenies ad quod desideras.

7. *Pith.* C. V. IIII. magnum quod tibi uidetur esse iam transit, et quomodo uolueris; nam hoc quod consulis in potestate tua non erit.

8. *Pith.* C. V. III. ne dubitaueris de quo consulis; deum roga; bonum est quod petis et noli timere.

9. *Pith.* C. V. I. qui petis et qui rogas, cum magno sudore et labore peruenies ad hoc quod desideras; securus esto, deum roga.

dabitur quicquam; perueñies ad locum quem desideras uel ad desiderium tuum.

fol. 110r 13. d. VI. IIII. II. quod cogitasti me | noli uincere aduersarius tuos et deus adiutorium dabit tibi; sed uide simplicitatem tuam, ne postea peniteris, quam uicinis tuis, cum ad te placitus fuerit, blandis te inducere querit.

14. f. VI. IIII. I. fides tua lurica est tibi; ne decipiaris; ueniet tibi hora, quae magnam letitiam adfert tibi, et ueniet tibi desiderium tuum bonum; securus esto et animus tuus firmus sit. —

fol. 111r 15. x. VI. III. III. de qua re primum cogitasti et sulasti inde magis gloriam habebis magnam et honorem in saeculo.

16. &. VI. III. II. deus rem tuam constituet et confirmet, quia bonam rem seruatam; qui tibi inimici erant uinctos; peticio tua accepta erit. de quo perueniet tibi in breue tempore.

17. b. VI. IV. I.*) semper animus tuus in uario cogitatu; undecim tibi ipse letitiam facit; de qua re meditaris, adueniet tibi nuntius bonus cum gaudio magno et peruenies ad desieas. —

fol. 111u 18. p. VI. II. II. quod bonum expectas, adiuuat te deus;

*) *Ne corrigas VI. III. I. impedit sententia 'undecim tibi ipse letitiam facit'; undecim enim est summa quae exsistit computatis numeris VI IV I. cfr. numeros inscriptos responsis similis generis, quae seruantur titulis Phrygiis Pamphyliisque (Kaibel epigr. 1038. Bull. de corr. hell. VIII p. 496 ss.).*

13. *Pith.* C. IIII. IIII. uicinus tuus cum ad te uenerit, blandis sermonibus te inducere quaerit, tu uero caute agere debes, ne postea incipias poenitere. C. IIII. II. sicut nauis in pelago gubernata fuerit, quod desideras ita tibi ueniet. si iam peruenias ad quod desideras, deum tuum roga, ut placatus sit tibi. blandis sermonibus te decipere uolunt, tu uero caute uide simplicitatem tuam, ne postea incipias poenitere.

14. *Pith.* C. IIII. I. in hoc cogitamento non est animus tuus firmus, quia prauae sunt in pectore tuo cogitationes: sollicitus esse noli, et ueniet tibi desiderium tuum bonum, quod animum tuum confirmet, securus esto.

15. *Pith.* C. III. III. de qua re primum cogitasti et consulis, tuus animus inde magis habebit gloriam magnam.

16. *Pith.* C. III. I. petitio tua accepta erit, cogitare noli; de quo consulis, perueniet tibi in breui tempore. ideoque deum roga et obtinebis quod cupis.

18. *Pith.* C. II. II. uia tibi parata est; patiens esto; deum roga et uenies ad desiderium tuum.

nunc lux est, incipe; tibi deus letitiam magnam et uenies ad quod desideras, si patiens fueris que uita triti est tribi.

19. q. VI. II. I. cogitatu magnus animus tuus; uinces opes et pedes; sed requiem cum deo habebis et oras deum tuum, ut possi ab ipso defendi; non fit tibi timor, | inimici tui cadent fol. 112r et adhuc melior eris. —

20. f. VI. I. I. dolor illi uel offensio magna inminet, cui fol. 112u tenetur liber. caue perpetuam uitam; hac hora a sortibus meis, non dant tibi ressponsum.

21. V. V. V. qui te nocere cupit, noceat illum uirtus tua. consequeris uero spem tuam; dominum roga, ut peruenies ad desiderium tuum.

22. V. V. IIII. sicut seritur in terram tuam bonam, sic inuenies illud quod desideras. iam nunc inciperem; quod cogitas erit in tua potestate. sicut uirgo qui seruit suum pudorem, ita principium huius rei bonum et finis | malum erit; et quod animo fol. 113r excides ueniet.

23. o. V. V. II. duplex permanet animus tuus. nondum est tibi causa laboris, quod tibi times. nuncius cum claritate et quod postulas ultro perueniet cum gaudio magno in tua potestate, si patiens fueris.

24. h. V. V. I. noli quod ponis facere, quia effugit te ista res, quam desideras; recessus es et haec littera prohibent te. —

25. u. V. IIII. IIII. rem quem queris inuenies sine dubio; fol. 114r tu iam incipe uel facere uel petere.

---

19. *Pith.* C. I. I. disce timere, inimici tui cadent et adhuc melior eris. *Sort. provinc. in eadem sententia exhibent* dizes que temps = dicis te timere.

20. *Pith.* IIII. IIII. III. tu hac hora recede a nobis, quia sortes meae non dant responsa: alia die uenies, et obserua conditionem tuam.

21. *Pith.* V. V. III. qui te nocere cupiunt, uinces eos; spem tuam consequeris, tu uero deum tuum roga, ut in adiutorium sit tibi, et peruenies ad desiderium tuum bonum.

22. *Pith.* V. V. I. sicut seminator in terram bonam semen mittit, et fructum in tempore suo restituet, ita ad quod desideras laetus peruenies et tuam uoluntatem facile inuenies.

23. *Pith.* V. IIII. III. canis festinando caecos catulos parit, sic et tuus animus. improperare noli de quo postulas; si patiens fueris, ueniet tibi ultro in potestate tua cum magno gaudio. *cfr. inscr. Phryg. bull. de corr. hell. l. l. n. 17.*

Universitäts-Buchdruckerei von Carl Georgi in Bonn.